8. 30. 丹 記
I

Ex dono J. C. ora mio
Anselmo Egidi

8. 30. A. 20

~~VI. E. 12~~

II

VI B 124 F 3—



Questiones quolibetales ex quattuor Sententiarũ voluminibus a Joãne duns Sco. doc. subtilissimo ordi. mino. ac theologorũ oim principe edite: nuperrime reuisse: et a preclaro doct. Anto. de Fantis Taruisino pristino nitori restitute: nouiter φ Impresse.

Pertinet ad [illegible]

¶ Nicolai Audecti Cyprij Carmelite Sacri Luminis pfessoris terraeq; sancte puincialis Carmē.

Quid deus est: Causae: Cūctarum: Fataq; Rerū:
Astra quid: et superi qua ratione Lares.
Grande Sophos: Mūdi miracula & abdita multi
Scripsere: et nitidos Pagina culta dedit.
Altius at Scoto Nemo vel doctius vno.
Tergemini docuit Dogmata sacra Dei.
Gloria cecropiae Veteres superare Mineruae
Que potuit Scotus Frugifer ille fuit.
Lōgus & hic breuis est: Jeiunus: Floridus: Asper:
Sermone et minimo maxima Sensa refert.
Dum Ritus memorat sacros Cultusq; Deorum:
Jpse aperit miris stemmata sancta Modis.
Et quum contendit Causas penetrare latentes.
Nil dici humano doctius Ore potest.
Verum Liuor edax Scotum: Cariosa Vetustas:
Emula Morsq; animis occuluere Dolis.
Unicus at Fantis Scotice Virtutis Jmago
Eripuit stygio Dogmata mersa Lacu.
Omnia splendori mendosa Volumina Scoti
Restituit prisco magnus in Orbe sophos.

Questiões quolibetales Joãnis Duns Scoti doctoris subtilissimi: ordinis minorũ: ac theologorum principis: feliciter incipiunt.

Cuncte res difficiles ait Salomon Eccle. j. et cur intelligat eas esse difficiles subdit. Nõ põt eas homo explicare sermone. Sm igit̃ distinctionẽ rerũ põt accipi distinctio difficiliũ q̃stionũ. Res aũt prima sui diuisione diuidi põt in rẽ creatã et increatam: siue in rẽ a se ⁊ in rẽ ab alio habẽtẽ eẽ: siue in rẽ necessariã ⁊ rẽ possibilẽ: siue in rẽ finitã ⁊ infinitã. Res aũt increata a se infinita ⁊ necessaria de⁹ est. Res autẽ creata ab alio possibilis ⁊ finita cõmuni nõie dr̃ creatura. De vtraq3 re ꝓposite sunt alique q̃stiões. ¶ Iterũ in diuinis res accipit̃ essentialiter ⁊ notionaliter: iuxta illud Augu. i. de doctrina xp̃iana. c. i. Res q̇bus fruẽdũ est sunt pater: filius: et spũssanctus eadẽq3 trinitas: vna quedã summa res cõis oĩbus fruentib⁹ ea. In prima parte auctoritatis accipit̃ res ꝑsonaliter. In scd̃a eẽntialiter. Fuerũt igit̃ aliqua q̃esita in diuinis de re eẽntiali: aliqua de notionali siue personali. vnicũ aũt quesitũ erat de ordine essentialiũ ad notionalia. Illud vnicũ ꝑmo ponit̃ vtpote ex cui⁹ solutione patebit ordo procedẽdi circa alia q̃sita. Est igitur.

Platone ithimeo. Arist. 11.7.12 meta. Auer. ⁊ theolog. Auic. 2. meta. c.5. A

Posset diuidi in.7.q li. quorũ primũ. 6. scd̃3.5. tertiu3 4. q̃r-tũ.3.et q̃libet aliorũ vnica3 qõne3 cõtineret.

Questio. I.

Utrũ in diuinis eẽntialia sint immediatiora essentie diuine: vel notionalia? ¶ Qd̃ notionalia probatur: que cõstituũt supposita alicuius nature: sunt immediatiora ipsi nature q̃3 illa q̃ sunt proprietates nature. Notionalia autẽ in diuinis cõstituunt supposita nature diuine. Essentialia nõ: sed sunt quasi ꝓprietates illius nature. igitur ⁊c. Probatio maioris. Natura imediate se h3 ad suũ suppositũ propriũ: qr̃ de illo dicit̃ in primo modo dicẽdi ꝑ se: nõ aũt de aliqua ꝓprietate: nec ecõuerso: sed tãtum scd̃o modo. igitur illud quo suppositũ cõstituitur formaliter immediati⁹ se habet ad naturã q̃3 ꝓprietates aliqua. Probatio minoris. Essentialia sunt cõmunia tribus personis: et per cõsequẽs per nullũ essentiale cõstituitur suppositũ. igitur per notionale: sunt etiam eẽntialia ꝓprietates nature sm Dama. c.3. Si bonũ inquit: si iustũ: si sapiens: si quodcũq3 aliud dicas: nõ naturã dicis dei. sed q̃ circa naturã. Et Augu. 15. de trini. c.5. vel. 9. Si dicam eternus: immortalis: iustus: bonus: beatus spiritus: horũ omniũ nouissimũ qd̃ posui videtur significare substãtiã. cetera vero hui⁹ substãtie qualitates. ¶ Ad oppositũ ipsi essentie imediatiora sunt illa que sunt ꝑfectiones simpliciter: q̃3 que nõ sunt hm̃õi. essentialia sunt perfectiões simpliciter: notionalia nõ: g̃ ⁊c. probatio

maioris prime perfectioni imediatiora sunt illa q̄ magis hn̄t rōnē pfectōis simplr ꝙ q̄ nō habēt eēntia aut diuina ē prīa perfectio: pfectiones aūt simplr habent magis rōnez pfectionis ꝙ illa q̄ nō sunt pfectiones simplr ꝓbatio minoris. Ansel. monol. 15. eēntiale ē i quolibet melius ipsum ꝙ nō ipsuz. ſʒ tale ē perfectio simplr: notionale nō ē huiusmodi q2 cū q̄libet persona careat aliq̄ notionali. careret aliq̄ quod esset in quolibet meliꝰ ipz ꝙ nō ipsum: ꝛ ita quelibet ꝑsona nō eēt simplr perfecta quod est inconueniens.

Respōdeo ¶ Prio ad intellectū q̄stiōis sunt aliq̄ necessaria ꝑter mittēda. ¶ Scdo q̄stio soluēda. ¶ Tertio cōtra solutionē qōnis dubia occurrētia excludēda.

De prio hic q̄rit ꝺ ordie imediatōis isto rū duoꝝ eēntialis ꝛ notialis in ꝯparatiōe ad eēntiā diuinā. Videat ꝑ prio intellectꝰ istoꝝ quatuor terminoꝝ q̄ ponūtur i titulo qōnis ¶ Scʒ eēntia. ¶ Essen-
B tiale. ¶ Notionale. ¶ Et imediatiꝰ. ¶ De prio i diuinis necessario ē aliq̄ entitas realis siue ex natura rei. ꝛ hoc i exñtia actuali: alioq̄n nihil eēt ibi reale i actu. Illa entitas realis actualis siue ponat olno vnica: siue ponatur aliq̄ mō distinctio rei vel rōnis semꝑ erit ibi ponere de necessitate aliquā entitatē realē ꝑ
2. met. mā vnicā q̄ nō ꝑexigat aliquam
t. c. 10. priorē. Si eēm q̄libet preexigeret priorē: nulla prīa. ꝛ per ꝯñs nec aliq̄ alia esset posterior. Illā ēt primā entitatē opʒ eē absolutā siue ad se: q2 ſm Aug. 7. de tri. c. j. vel. 3. ois essentia q̄ relatiue ē est aliq̄d excepto relatiuo. Et ſm ipsuz ibidē in principio. 3. si nō ē aliq̄d ad se: nō ē olno ꝙ relatiue dicat. ¶ Habet g̃ ista conclusio q̄ꝺ in diuinis opʒ ponere aliquā entitatē realē i existētia actuali ꝛ aliquā vnicā primā et illā eē ad se. ¶ Ista realis entitas q̄ ē in deo cū sit prīa rō essendi simplr: rōnabilr a sanctis vocat eēntia: vnde Aug. 7. de tri. c. j. in fine q̄ꝺ est sapiētie sapere ꝛ q̄ꝺ ē potētie posse: ꝛ eternitati eternū eē ꝛ iustitie iustū eē: hoc est essentie ipsum eē ꝛ infra. c. 4. vel. 13. ab eo q̄ꝺ ē eē appellatur eēntia. ꝑpter q̄ꝺ deꝰ ipse cui pro pꝛijssime ꝛ verissime cōuenit eē verissime ē entia. ꝛ hoc primo dicente Aug. ibidē. c. 5. vl. 13. Manifestū ē deū abusiue vocari substātiā: vt noie vsitatiori itelligatur eēntia q̄ꝺ vere ac ꝓprie ē. ita vt fortasse solū deū oporteat dici eēntiā. Est eēm vere solꝰ q2 incōmutabilis idq̄ nomē suum suo famulo enūciauit moysi cū dixit. ego sum q̄ suʒ: ſʒ tn̄ siue essentia dicatur q̄ꝺ ꝓprie ē: siue substātia q̄ꝺ abusiue dicit vtrū ꝙ ad se ē: nō relatiue ad aliq̄d hec ille. ¶ De ista eēntia siue minus proprie substātia ꝙ ipsa sit sola rō simplr eēndi i diuinis cuicūq̄ hr̄ ibidē. c. 6. vel. 14. substātia patris ipse pater ē. nō quo pater est. ſʒ quo est: hec ille. ꝛ intelligit ꝙ i eēntia nō ē rō formalis patri eēndi patreʒ. ſʒ essendi simplr. Huic cōcordat Dama. c. 12. dicēs sic: videt quidē principalius oim q̄ de eo dicuntur nominum esse. qui est: ꝛ hoc ꝓbat per illud Exo. 3. qui est ꝛc. ꝛ subdit. totum eēm in se ꝯprehendēs

5. c. cir ca finē.

Lib. 5. tri. c. 2.

C

Exo. 3.

habet esse velut quoddā pelag⁹ substātie infinitū ⁊ interminatū hec ille. Recte ergo in diuinis in cōparatione ad eēntiā tanq̄ ad entitatē simplr pⁱmā ⁊ absolutā cōsideratur ois ordo cuiuscūq̄ sine quorūcūq̄ q̄ in diuinis sūt. ¶ Cōtra ista q̄ dicta sunt d̄ isto termino essentia pōt obijci dupliciter. ¶ Primo sic per auctoritatem dama. adductam. totū in se ⁊c. ergo f̄z istā auctoritatē essentia includit totā perfectionem diuinā: sz tota perfectio diuina cōsistit in oī perfectiōe simpliciter: q2 quacūq̄ non inclusa nō habetur totalis pfectio: non ergo eēntia est precise ista ꝑria entitas distincta qualitercunq̄ cōtra eēntialia: immo est vna, totalis entitas vnitiue includens oia eēntialia: cui vr̄ cōcordare illud vocabulū qd̄ dicit: pelagus: ꝑp imēsitatē cōtinētie vnitiue. ¶ Hoc cōfirmatur ꝑ illd̄ ans. de⁹ est quo maius excogitari nō pōt sed quacunq̄ vnica perfectiōe simplici nō includente oēm pfectionē simplr pōt aliqd mai⁹ excogitari: vt puta entitas aliqua oēm perfectionē cōtinens vnitiue. ergo eēntia diuina ē talis entitas includēs vnitiue oēm pfectionē simplr. ¶ Secdo ad idē arguit sic. In oī creatura essentia eo mō quo distinguit ab exn̄tia vr̄ esse prior illa sicut potētiale ⁊ susceptiuū est pri⁹ actu suscepto ergo vr̄ similr in deo: sed f̄m dicta Aug. ⁊ Da. iā adducta: essentiā accipit ꝑ existētia actuali sicut appet ꝑ illā auctitatē Exod. qua ambo vtunt. q̄ ē ⁊c. ergo f̄z istas auctoritates existētia ē prima. entitas ⁊ non essentia: vt essentia vel saltē ille auctoritates hoc nō ostendūt. ¶ Ad primum quere solutionē sup. primū di. 8. q. 3. de attributis. ¶ Ad primū dici pōt q̄ eēntia includit totā pfectionē diuinā vnitiue ⁊ idēti ce: lz nō formaliter ꝯprehendat oēs pfectiones diuinas: ⁊ sic intelligendū est dictū Da. vt pz in. j. dist. 8. q. 3. pricipali circa finē qōnis. pfectiōes ille ēn sint idētice essentia tn̄ distincte sunt ex natura rei ⁊ formaliter. ¶ Ad ꝯfirmationē de Ans. pz pariter q̄ essentia est vnitiue ⁊ idētice ois pfectio: non tn̄ formaliter ⁊ ex natura rei. vn̄ lz q̄lz pfectio simpliciter sit formaliter infinita: nō tn̄ radicaliter cuiusmodi est essentia ⁊ existētia dei. ¶ Ad scd̄m dici pōt q̄ eēntia ⁊ ei⁹ existētia in creaturis se hn̄t sicut q̄ditas ⁊ mod⁹. ideo distinguunt. In diuinis aūt existētia ē de ꝯceptu essentie ⁊ ꝑdicat in primo mō dicendi ꝑ se sic q̄ ꝓpositio illa per se est prima ⁊ imediata ad quā oēs alie resoluunt: vt pz in primo distin. 2. q. 2. Quere i. 4 46. dist. q. 3. ⁊ primo reportatio nū di. 45. q. 2. ⁊ dis. 2. parte. 2. q. 2. ⁊ infra. q. 5. arti. 3. ⁊. 2. distin. j. q. 2. plura ad ꝓpositum harum obiectionum.

Additio.

¶ Aliter dicit hic q̄ ista ratio si quid vz vr̄ esse cōtra illud qd̄. q. supponit. s. aliquā esse immediationē essentialis ad eēntiā quo supposito querit q̄ ⁊ quanta. pro isto aūt supposito arguit: q2 ois pfectio simpliciter ē simplr simplex. pbat. si est aliquo mō resolubilis in distincta. sint. a. ⁊. b. neutrū pōt eē pfectio simplr simplex q2 tūc vnū nō faceret ꝑ se vnum cum reliquo: q2 nō est ꝑ se vnum ex quibuscūq̄ distinctis nisi vnū

alior.

sit sicut act⁹ ⁊ aliđ sicut potētia

D De altero termino. s. eēntiale. du plex distinctio vr. ¶ Una φ alr vtunt cōiter essentiale phi. ⁊ aliter theologi spāliter in diuinis ¶ Nā in phia accipit cōiter eēntiale: vt distinguit cōtra accidētale: put accidētale cōtinet sub se oē accidēs p accidēs: siue accidens cōe: ⁊ accidēs p se: siue pro priū. Unde ibi eēntiale dr φ per se includit in eēntia: queadmodū in composito reali materia ⁊ forma dicūt sibi eēntialia: ⁊ in cōposito rōnis vel in ipso diffinito gen⁹ ⁊ differētia dicunt partes eēntiales rōnis siue rei diffinite ¶ Theologi vero aliter vtūtur hoc nomine eēntiale in diuinis Cū em̄ eēntia sit oino pmū: vt tā dictū est: ⁊ similiter est cōe cōitate reali: qr dr de qualibet persona ⁊ de oibus singulariter: et ideo qđcunqȝ ēt aliđ pdicet simili modo in diuinis dr essentiale qr simile eēntie in mō pdicādi siue in cōitate reali. Et per oppositū notionale dr illđ qđ nec sic predicat nec hȝ talē cōitatē: sed qđ pertinet ad notitiā distictionis psonarū. Sic ergo distiguit theologus eēntiale cōtra notionale. ¶ De hoc Aug. 5. de tri. ca.

E 5. In rebus creatis atqȝ mutabilibus qđ nō fm substātiaȝ dr restat vt fȝ accidēs dicat. In deo aūt nihil fm acciñs dr: nec tñ oē qđ dr fm substātiā dr: dr em̄ ad aliquid sicut pater ad filiū: ⁊ filius ad patrē hec ille. Uult ergo φ in creaturis distinguitur eēntiale cōtra accidentale. In diuinis aūt nō distinguit contra accidētale: sȝ contra relatiuum ad intra: φ. s. dicit relationē psone ad psonā: ⁊ per ɔñs ptinet ad distinctā notitiā psone a persona: ⁊ ideo vt dat regula ibi. c. 4. de dictis de deo substātialiter ⁊ relatiue cōiter dr notionale: licet Aug. hoc vocabulo nō ē vsus: sȝ sit vsus vocabulo relatiui vł ad aliqđ. ¶ Ex isto scđo ptz breuiter de tertio vocabulo qđ sit notionale: qr oē notionale est relatiuū ad intra: ⁊ ecōuerso: eēntiale aūt nō ē relatiuū ad intra: qr tūc esset cōe ⁊ non cōe. ¶ Scđa distinctio huius vocabuli qđ ē eēntiale prout in diuinis spāliter accipit pōt poni talis. ¶ Qđ aliqđ est eēntiale qđ ipoztat respectū ad extra. ¶ Et aliqđ non

F ¶ Istius distinctionis prio pmū mēbrū exponat: postea scđm pbatur qr forsitā ab aliqb⁹ possȝ negari. ¶ De prio certuȝ ē: qr si deus dicatur relatiue ad extra: opȝ φ illa relatio cōueniat deo fm aliqđ fundamētū proprium qr nō cōparat deus ad extra nisi fm aliqđ intrinsecū sibi: ⁊ illđ pōt dici fundamētū. Ex isto fundamēto intrinseco cū sit reale: ⁊ respectu ad extra. cuȝ sit rōnis: nō pōt eē aliqđ habēs cōceptuȝ per se vnū. ergo si aliqđ nomen simul impoztat illđ intrinsecum deo qđ est fundamētū comparationis ad extra: ⁊ cū hoc illā cōparationē ad extra: illđ nomē vł nō significabit cōceptū p se vnū vel nō significabit ambo illa: sȝ tñ alterū significabit ⁊ alterum cōnotabit. Essentiale ergo in diuinis: qđ scȝ hȝ cōceptum per se vnū non includit simul ⁊ per se absolutū ⁊ respectū ad extra: et per ɔñs si includat respectū ad extra non per se illū includit: sȝ principaliter ⁊ prio ⁊ p se inclu

lit absolutū qđ ē fundamētum:
llum aūt respectū cōnotādo in=
ludit: et hoc modo intelligitur
rimū membrū huius distictio=
is. ¶ De scđo mēbro huius di
tinctionis dices forte φ nullus
st essentiale nō includēs respe
tū ad extra: sꝫ sola eēntia ē hu=
usmodi: qđcūqꝫ aūt aliđ cōe tri
us vel est respectus ad extra.
el includens respectū ad extra
¶ Ad vero solutio qōnis depē=
let ab ista distinctione essentia
is prius posita φ. s. aliqđ essen
iale ē absolutū ad intra. aliqđ
ero dicit respectū ad extra. Jō
obo scđm mēbrū qđ negādum
orsitan alicui videretur. ¶ Scꝫ
p aliqđ essentiale nō icludit ali
uē respectū ad extra. ¶ primo
er rōnē fundatā in auctorita=
e sumpta ex rōe pfectiōis sim=
liciter. ¶ Scđo p rōnē sumptā
x rōne diuine essentie. ¶ Ter=
io per rōnē sumptā ex rōe itel=
ectus diuini. ¶ Quarto ex rōne
ctus vel operationis diuine.
¶ prīa rō talis est qđ est perfe=
tionis simplr nō includit per se
elationē ad creaturas: sꝫ aliqđ
ēntiale in diuinis ē perfectiōis
implr: ergo et c. pbatio maioris
erfectio simplr nō includit ali
uid p se cui repugnat p se rō p
ectiōis simplr: qꝛ tūc nō eēt in
uo libet melius: cū icludat ali
uid cui repugnat rō perfectio=
is simplr. Sꝫ relatiōi ad crea=
urā repugnat φ sit perfectio
mplr: cū sit ad terminū imper=
ectū et potētialē: qđ aūt necessa
o coexigit aliqđ ens potētiale
o mō quo relatio coexigit ter=
inū tanꝗ. s. aliqđ secum simul
atura vel prius: illđ sic coexi=
ens nō est simplr necessarium

nec per ꝯñs simplr perfectū. mi
nor pꝫ ex intētiōe Ans. monol.
15. vbi ponit talē distinctionem
quicqd ē pter relatiua. ¶ Aut ē ta
le vt oino meli⁹ sit ipm ꝙ nō ip
sum. ¶ Aut tale vt nō ipsum in
aliquo sit meli⁹ ꝙ ipsꝫ. Et exposi
ta et declarata ista distinctione
cōcludit: sicut nephas ē putare
vt substantia summe nature sit
aliqđ quo melius sit aliquo mō
nō ipsum ꝙ ipsum sic necesse est
vt sit oino quicqd melius ē ipm ꝙ
nō ipsum. Et postea infert i spā
li qđ nō ē. Nō ē ergo indt corp⁹
nec aliqđ eorū q̄ corporei sens⁹
discernūt. Et post subdit in spe=
ciali qđ vel quale ē: quare indt
necesse est ipsuꝫ esse viuētē: sa
piētē: omnipotentem: verum: iu
stum: eternū: et quicqd absolute ē
melius ipsum ꝙ non ipsuꝫ. pla
num est aūt φ multa istoꝝ sunt
eēntialia in diuinis, habetur er
go ista minor φ aliqđ essentia=
le in diuinis est perfectio simplr
qꝛ melius est in quolibet ipsum
ꝙ non ipsuꝫ. Ista sententia An Idem
sel. videtur posse accipi ab Au= xi. ci. c.
gu. 15. de tri. c. 4. vel. 5. Viuētia 16. et
nō viuētibus: intelligentia non 12. me.
intelligentib⁹: iniustis iusta bea t. c. 39.
ta miseris pferēda iudicam⁹: ac et. 51. et
per hoc qm̄ rebus creatis crea= d. gen.
torē sine dubitatiōe preponim⁹ aia. li.
opꝫ vt eū summe viuere et cūcta 2. c. 1.
itelligere iustūqꝫ et benignissimū
et beatissimū fateamur. hec ille.
Tenet aūt hec sñia p pposito
nē. hāc. necesse est vt creator sit
quicquid in entibus prefertur ip=
sum ꝙ nō ipsū vel vt Ansel. dicit
meli⁹ est ipsum ꝙ non ipsum. Videt
¶ pro ista sñia pōt adduci hi= tota li
larius. 12. de tri. c. pen. q̄ loqns tera
ad patrē ait. Perfecti dei quic doc.

verbũ tuũ ꝛ sapiẽtia ꝛ virtus est absoluta gñatio est: vt isepara biliter a te sit semp ꝗ i his eter narũ ꝓprietatũ tuarũ noibus ex te nat⁹ ẽ: hec ille. Nihil aũt dei fili⁹ per natiuitatem accepit qđ dicat respectũ ad extra.

b ¶ Item scđo ex eodẽ medio potest argui accepta ꝑ maiori extremitate hoc est qđ relatio rationis: vt sit maior ista: pfectio simplr nõ includit relationem rõnis. minor ꝗ pri⁹: ꝛ sequitur cõclusio ꝙ aliqđ essentiale nõ includit relationẽ rõnis: oĩs autẽ respect⁹ dei ad creaturã est rationis tantũ. ¶ Ex scđa qõne ordinaria de respectu ad extra ẽ q.8. infra. vel. 2. distin. 30. primi ꝓ aliqđ eẽntiale nõ includit respectũ ad extra. Maiorẽ istã de respectu ꝓbo sicut ꝓmã de respectu ad extra: qꝛ relationi rationis repugnat pfectio simplr: qꝛ est ens diminutũ minus habens de ciuitate ꝗ qđcũq rea le qꝛ tm̃ in cõsideratiõe intellectus est habẽs suũ esse. ¶ Item tertio ex eodẽ medio põt argui accipiẽdo ꝑ maiori extremitate relationem in cõi sic. pfectio simplr nõ ẽ relatio aliqua nec includit p se relationẽ aliquã: vltra vt prius. hec maior ꝓbat qꝛ relatio originis nõ est perfectio simplr. si tñ aliqua relatio esset pfectio simplr: maxime de illa videret. ¶ Ad istas rõnes ꝗ procedũt ex eodẽ medio põt sic respõderi ꝙ aliud est dicere aliqđ esse perfectionẽ simplr: ꝛ aliud: aliqđ esse pfectiõis simpliciter: primũ iportat ꝙ illud essentialiter siue ꝗditatiue sit pfectio simplr. scđm iportat nõ ꝙ eẽntialr sit pfectio: sꝫ ꝙ oẽ ta le denoĩatiue soli pfectiõi simpliciter cõueniat. ¶ Ipm ergo pfectionis simplr est quã reqrit in illo de quo ꝑdicaẽ denominatiue: et quã ostẽdit sibi inesse: vtpote quã vlr cõsequiẽ. et sic est pfectionis simplr triplici mõ. s. precxigẽdo: ostẽdẽdo siue manifestãdo: ꝛ pfectiõe simplr cõsequẽdo. ¶ Cõsimilr exponatur illud Anẽ. sic in ꝗlibet ẽ melius ipm ꝗ non ipm: qꝛ hoc verũ est intelligẽdo de ꝑdicatiõe denoĩatiua: ꝛ preexigẽdo: oñdẽdo ꝛ ꝯsequẽdo: vel in quolibet est meli⁹ ipm ꝗ nõ ipm: quẽad modũ eẽ ipm denoĩatiue ponit illđ eẽ simplr pfectũ: nõ ꝗdẽ sicut aliqđ eẽ albũ ponit idẽ esse coloratũ: sꝫ sic aliqđ eẽ albũ vel coloratũ põit idẽ eẽ superficiatũ. vñ si in aliquo nõ est meli⁹ ipm eẽ superficiatũ: nec p ꝯñs erit melius ipm eẽ albũ. Cõsimilr exponaẽ dictũ Augu. de preferri. Que aũt sit intẽtio Anẽ. quere c.17. vbi ait. Eodẽ mõ ꝛ vna cõsideratiõe est ꝗcꝗd est: ꝛ oĩa illa noĩa idẽ significãt. Noĩa inquã de ꝗb⁹ locut⁹ est pri⁹ bon⁹ iustus ꝛc. ¶ Itẽ instaẽ ꝯ rõnes: qꝛ ꝯcludit ꝗdcũq eẽntiale esse ad se: qꝛ ꝗdcũq illoꝝ est perfectiõis simplr: sꝫ illud illatũ est falsum: vt patet in exẽplis Anselm. ꝛ Augu. qꝛ Augu. ponit potẽtissimũ iustissimũ. ꝛ Ansel. ponit oĩpotẽtẽ iustũ ꝛc. ꝛ tñ ista dicunt respectum ad extra. a.l. vltimo.

¶ Scđa rõ ad conclusionẽ talis est. In deo est eẽntia sub cõpleta actualitate essentie: ꝛ hoc mere ex natura rei sic intelligendo ꝙ nec eẽntia nec aliqđ p se īclusum in illa vel actualitate ei⁹ sit ibi ꝑcise ex cõsideratione cuius

...q itellect⁹. Hec ꝓpositio sic i= ...tellecta satis ptȝ ex dictis in ꝑn ...cipio istiꝰ articuli exponendo qd intelligendū sit p istū terminū q̄ ...st eēntia. ¶ Ex hac ꝓpositione ...eq̄tur ista q̄ est maioꝛ rōnis.s.ꝙ ...ī aliqd est idē eēntialr̄ essentie: illd est in actu ī deo mere ex na...tura rei: ꝛ hoc siue sit idē eēntia ...liter idētitate adeq̄ta sic̄ in crea...turis ē illd idē qd itelligiť p dif= finitionē ei qd itelligiť p diffini= ...tū: siue sit idē tāq̄ iclusum essen...tialr̄ in illo quō illud qd intelli= ...giť p ptē diffinitiōis posset dici ...idē ei qd intelligiť p diffinitū. ¶ Nā lȝ aliqd possit eē in re ex natura rei: lȝ eius diffinitio vel pars diffinitiōis nō sit actu cō= pleto in re: sȝ tātū intellectu cō= siderāte: tn̄ illd qd itelligiť per diffinitionē vel ptē diffinitionis sicut significatū p ipm signū ne= cessario ē ī re actu: si illd qd in= telligiť p diffinitū sit ī re actu. ¶ Nā ꝯdictio vr̄ eē qd aliqd sit realr̄ actu: et ꝙ illd qd ē idē sibi essentialr̄ hoc mō vel illo nō sit realr̄ ī actu. Nūc aūt itellectua= litas siue vita itellectiua vel in= tellectualis ē idē eēntialr̄ essen= tie diuine sic itelligēdo ꝙ nō tā ...tū est idē realr̄ ipi eēntie: et hoc idētitate simplici. sicut forte qd= cūq̄ attributū poniť idē ipi eēn= tie: sȝ hoc mō est idē sibi ꝙ si ipa eēntia diuina diffiniret vita in= tellectualis siue itellectualitas non esset extra eius diffinitionē sicut sapiens vel bonum. ¶ Ex parte essentie arguiť sic. quicqd p se icludiť in eēntia di= uina est ī deo ex natura rei: ꝛ p ꝯñs sine respectu ad extra: itel...lectualitas ē hmōi. ḡ ꝛc. ¶ Maioꝛ ptȝ. Nā ſm iā dicta in principio istiꝰ articuli eēntia est ibi ex natura rei. ḡ q̄cq̄d includi tur in rōne eēntie. Minoꝛ sic in= telligiť ꝙ itellectualitas q̄dē nō hȝ rōnē attributi q̄si actꝰ secūdi aduenictis ipsi: sȝ rōnē ꝑfectiōis oīno intime queadmodū vita ēt in deo ē actꝰ nō attributus siue aduenicēs: sȝ oīno intimꝰ: ꝛ idem eēntie. Ista etiā vita ꝑfecta q̄ so li deo ꝯuenit: cuiusmodi est vita intellectualis est idē eēntialiter ipi ꝑme essentie. ¶ Hec minoꝛ sic intellecta ꝓbať auctoritate ꝛ rō ne. auctoritate Aug. 15. de tri. c. 5. vel. 7. Que vita īdīt dr̄ ī deo: ipa ē eēntia eiꝰ atq̄ natura. hec aūt vita nō talis ē q̄lis inest ar= boꝛi: nec q̄lis inest pecoꝛi: qd hȝ sensum sȝ nullū hȝ intellectū. at illa vita q̄ deꝰ est sentit atq̄ itel= ligit oīa: ꝛ sentit mēte nō coꝛpo re: q2 spūs est deꝰ. hec ille. vult ḡ dicere ꝙ illa vita q̄ ē eēntia diui na ē p se itellectualis. Idē. 6. de tri. c. vlti. loquens de deo ait sic. Ubi est pꝛīma ꝛ summa vita cui nō est aliud viuere ꝛ aliud esse: sed idē eē ꝛ viuere: ꝛ q̄ale sit illd vi uere: q2 itellectuale subdit ꝑmꝰ ac summꝰ itellectꝰ cui nō ē aliud viuere aliud itelligere. hec ille. ¶ Minoꝛ etiā ista rōne ꝓbať sic. Cuicūq̄ nō repugnat eē idē ali cui substātie eēntialr̄: illd nō cō uenit verissime illi substātie nisi cōueniat sibi eēntialr̄: sȝ intelle= ctualitati non repugnat esse idē substātie (cui cōuenit) essentiali= ter. sicut ptȝ in creaturis: q2 que cūq̄ substātia est intellectualis intellectualitas est intra rōnem essentialē eiꝰ: sicut etiā in specia li patet in hoīe: in cuiꝰ rōne po= nitur rōnale. ꝛ p ꝯñs ista intelle ctualitas q̄ per se intelligiť p ra

Uide 12. meta. t.c. 39. et 51.

Idē. 2 de aia t.c. 37.

2ꝛ

tionale est idē hoi essentialiter: immo vt actualissimū ⁊ cōpletissimū in essentia. ergo cū deus verissime sit intellectualis ei⁹ intellectualitas erit idē essentialiter eius essentie. ¶ Tertia rō sumitur ex parte intellect⁹ diuini sic. Nullus intellect⁹ hʒ esse actuale ꝓpriū ⁊ primū intellect⁹ p aliquē actū intelligēdi cōuenientē si bi vel supposito ꝑm ipm. hoc pʒ: qꝛ ois actus intelligēdi vel naturaliter preexigit intellectū cui⁹ē habētē ꝓpriū actuale esse, intellectus vel saltem coexigit: ita ꝙ nullo mō tale eē actuale ꝓpriū intellect⁹ vt intellect⁹: nec aliqd per se inclusum in tali eē actuali p actū intelligendi ipsi intellectui attribuit: qꝛ ois act⁹ est posterior: ⁊ ideo preexigit suū pri⁹. ergo in deo intellect⁹ vt intellectus suū pmū eē actuale nec aliquid p se inclusum: in illo eē nō hʒ pcise p intelligere diuinū. Sʒ cōparatio eēntie diuine ad qdcūqꝫ extra hʒ ꝓpriū ⁊ primū esse suū actuale p itelligere diuinū. ergo intellect⁹ in deo vt actu intellect⁹ nō includit aliquā cōparationē ad extra. ¶ Probatio minoris. cōparatio cuiuscūqꝫ itrinseci in deo ad qdcūqꝫ extrinsecū cū sit respect⁹ rōnis hʒ eē suū primū ⁊ ꝓpriū p actū alicui⁹ intellectus cōparātis: sʒ qdcūqꝫ intrinsecū pōt ad qdcūqꝫ extrinsecū p quēcūqꝫ actū intellect⁹ creati cōparari: illud ad idē cōparari potest p actū intellectus diuini: qꝛ intellect⁹ ille potest obiectū illō sub oi rōne ex parte obiecti itelligere sub qua est itelligibile: cū sit ei adequatus ⁊ eius cōprehēsiuus: sed quicqd intellectus diuinus pōt ad quodcūqꝫ cōparare intelligēdo hoc actu itelligēdo cōparat: qꝛ nulla est ibi potētia sine actu ad quodcūqꝫ intrinsecū. ergo p actū intellect⁹ diuini actu cōparatur quodcūqꝫ intrinsecū ad quodcunqꝫ aliud ad qd pōt intelligēdo cōparari: ⁊ p cōsequēs comparatio cuiuscūqꝫ talis ad qdcūqꝫ tale: hʒ esse suū ꝓpriū actuale p actū itellectus diuini cōparātis: nō dico qcūqꝫ cōparatio huius ad hoc: qꝛ non formaliter illa qua itellect⁹ creatus cōparabit: sed aliqua cōparatio hui⁹ extremi ad hoc extremū. ¶ Ex hoc vlterius patet scda pars minoris. s. ꝙ cōparatio alicuius intrinseci ad aliqd extrinsecū hʒ suū primū esse ⁊ propriū p illud intelligere: qꝛ illud intelligere est pmū intelligere respectu hui⁹ obiecti: ⁊ primitate eēntiali siue pfectionis: ⁊ primitate duratiōis: qꝛ eternū. nec eī est simul perfectione cū intelligere creato nec posteri⁹: qꝛ vtroqꝫ mō sequitur ꝙ eēt limitatū ⁊ mēsuratū: nec est simul nec posteri⁹ duratiōe quocūqꝫ intelligere creato: qꝛ tūc sequeret ꝙ intelligere in deo vt intelligere eēt nouū. ¶ Vel sic pōt formari rō. nulla potētia hʒ suū primū eē p operationē suā. hoc patet de se: qꝛ nihil seipm pducit ad eē vt sit. 1. de trini. nec per cōsequēs aliqua potētia p operationē q est ab ipsa accipit suū esse primum sed oē intelligere est opatio intellect⁹ vt intellectus. ergo intellectus vt intellectus nō habet primū esse in deo p operationē suā: sed quicqd est in deo per comparationē ad extra inquātū hmōi hʒ suū esse per intellectus operationē siue intel

3.phy. t.c.32.

2

ectionē:q2 eē eius ꝯsistit in cō
ideratione intellect⁹: cū sit eē
elationis rōnis.ergo ⁊c.

¶Quarta rō sumit ex pte opa
iōis seu actus intelligēdi ⁊ hoc
ic.Actus ille quo de⁹cōprehen
it essentiā suā vt obiectū beati
icū sub rōne qua talis est i deo
x natura rei: sed deus p intelli
ere vt intelligere cōprehendit
ssentiā suā vt obiectū beatificū
rgo.maior pbatur.q2 infinitas
ntēsiua nō competit alicui enti
ōnis:sed solū enti reali: qd ar
uo:q2 oē ens rationis:cuȝ sola
elatio rōnis : sȝ nulli relatio in
nfinitas ꝯpetit etiā reali: vt pa
ebit infra. q.5. Illud aūt q̄ de⁹
ōprehendit essentiā suam vt in
initā sub rōne qua est cōprehē
ensiuū est infinitū:q2 infinituȝ
biectū vt infinitū:ꝯprehēdi nō
ōt aliquo actu nisi infinito vt
nfinito.ergo cū infinituȝ simplr
n pfectione nō includat p se ali
uid cui intrinsece repugnat in
initas:sequit q infinitū simplr
on est ens rōnis nec includit p
e pmo ens rationis.¶Istas p
ōnes expositas ⁊ pbatas con
igendo loco maioris ⁊ minoris
n syllogismo arguit sic.Illō qd
st eētie diuine idē essentialr ē
ctu in deo mere ex natura rei
ed intellectualitas siue vita in-
ellectualis est hmōi.ġ est i deo
mere ex natura rei.¶Ex hoc vl-
erius.dcq̄d est actu intellectus
siue viuens vita itellectuali:⁊
oc mere ex natura rei:hȝ actu
el pōt hr̄e actu intellectū vt in
llectū: ⁊ intelligere vt itellige
e:deus aūt est actu intellectua
s siue viuēs vita intellectuali
ere.ex natura rei: sicut conclu
m est in pmo syllogismo.ergo

deus hȝ actu vel actu pōt habe
re intellm vt intellm:⁊ intellige
re vt intelligere: sed nō pōt hr̄e
actu aliqd ens reale: siue ex na
tura rei:qd iā non hȝ ex natura
rei:q2 hoc esset ꝯ eius simplici-
tatē. ergo deus actu hȝ intellm
vt intellectū: ⁊ intelligere vt in-
telligere: ⁊ hoc mere ex natura
rei. Sed nullus respect⁹ dei est
ad extra : nec aliqd per se inclu-
dēs talē respectū est in deo actu
ex natura rei: q2 respect⁹ ei⁹ ad
extra non pōt eē nisi relatio rō-
nis.ergo aliqd essentiale : puta
intelligere ē sic absolutū:qd nec
est respect⁹ad extra:nec p se talē
respectū includēs.¶Maior scdi
syllogismi pbat sic nā viuens ve
re hȝ realr vel habere pōt opa- Spe-
tionē vitalē.que sit ens reale:sic culatō
intelligēdo: q nec sit ens rōnis singu-
nec per se tale ens includens:q2 laris.
opatio talis est ppria perfectio
nature intellectiue:vnde ⁊ i ista
ponit cōsistere beatitudo talis M
nature.ppria aūt perfectio ⁊ p-
cipue beatifica nature hn̄tis eē
viuū ex natura rei : non pōt esse
ens rōnis:nec p se includēs ens
rōnis:q2 ens rōnis est ita dimi-
nutū:q nō pōt esse pfectio p se
entis realis nūc aūt intellectio
vt itellectio est ppria opatio na-
ture viuētis vita itellectuali.Et
si proteruiendo negetur hoc in
deo.phs vr̄ specialr hoc cōcede t.c. 51.
re de ipso.12. meta. vbi tractās
qōnem de intellectu ⁊ intellige
re diuino ait sic.Si nō itelligat
supple deus actu: sed hȝ se quē
admodū vt sit dormiens : quid
vtiq inqt esset insigne ⁊ venera
bile:siue intelligat.nō est autē
hoc q sua intelligētia: sed potē
tia:non erit itaq optima substā

tia:p itelligere eni ei honorabi-le inest. Jo.10.eth.c.10.pfecta fe licitas:qm speculatiua qdaz est opatio apparet & hinc vtiqz ap-parebit:deos eni maxie suspica ti sumus beatos & felices esse: actioes aut qles attribuere de-bitu est ipsis & post exclusis ab eis actionib9 virtutu moralium subdit:sz tn viuere oes suspicati sunt eos & opari. non enim opz dormire: & paulo post cocludit: quare dei opatio btitudine dif-ferens speculatiua vtiqz erit: & humanaz vtiqz que huic cogna tissima felicissima.

N a.l. Ut ita qz ipm non sit mediu iter illa tn magis exclu-dit me diu in ter ipz & pmu qz iter aliud & pmu & tuc est imme diati9 negati ue.

De quarto

termio. s. immediatiu est distinguedu: qr dr imedia-tius aliqd duplr. Uel ita qz ip sum sit mediu inter primu & vlti mu:& tuc est imediati9 positiue. Uel ita qz inter ipm & primuz no sit mediu. aut pauciora sunt media qz inter tertiu & primu:& sic est imediatius negatiue. Exe plu sufficiens est imediatior sub stantie qz calor ita qz hz rone me-dij positiue inter illa sed risibile est imediati9 homini qz calor ne gatiue. no eni mediat inter illa extrema positiue: sz magis exclu dit mediu inter homine & risibi-le qz inter hoiez & colore. Ut sic breuiter dicat illud ee imediati9 positiue qd tanqz mediu iter ex trema includit & illud imediati9 dicat negatiue vbi aliqd tanqz mediu magis excludit. Posset aut alio mo distingui de imedia tiori fm re & rone:qr imediatius & min9 imediatu vel mediatius no sunt sine ordine:ordo aut no vr posse intelligi sine distinctio ne. sed qr hic no qrit qualis est. distinctio essentialiu a notiona-lib9:vel vtroruqz ab essentia. io ista distinctio imediatois no tra ctat ad psens: sed qualiscuqz sit distinctio essentialiu a notiona-lib9 vel vtroruqz ab essentia: fm ista dicet qd istoz sit imediati9 ipsi essentie:puta essentiale aut notionale. Itaqz recolligedo de isto pmo articulo essentia est illud ad qd fit eoz comparatio quoz querit ordo. essentiale au te & notioale sunt illa quoz qri tur ordo in cparatione ad essen tia:de imediatione aut istoz ad illud primu est qo. & principalr requirit ppter solutione duplex distinctio posita i hoc articulo: vna de essentiali. alia de imedia tioni. pria de essentiali talis est: alicui9 eentialis ro flue actuali-tas total e mere ad intra. alicu-ius aut ad extra. scda de imedia tioi talis est qz aliqd dr ee ime-diatius positiue:ita qz ipz ponit mediu aliquid pnatiue: ita. s. qz non requiritur mediu aliqd in-ter ipsum & pmu sicut iter aliud extremum & primum.

a.l. pri ma di stin.

De secudo

articulo di co tres co-clusiones:qru due sunt breues. tertia pncipalis. Pria est ista: nullu notionale est imediatius ipsi eentie diuine aliq essentiali & hoc loquendo de imediatione pmo mo. hoc pbat sic qd est im-mediatius prio no excedit a ter tio. cu sit per se mediu inter ipm primu & tertiuz sed oe essentiale excedit qcuqz notionale. qr een tiale est coe trib9. notionale no no. ergo &c. Scda coclusio est talis oi essentiali includente re spectu ad extra imediati9 est es-sentie aliqd notionale. & hoc lo-quedo d imediate scdo mo. hoc

bat:q: tale essentiale nõ cõue
it ipsi deo nisi p opationē intel
ect⁹ cõparātis ad extra:notiõa
e aũt cõuenit eẽntie ex natura
ci absq ol cõparatiõe intellꝰus
d extra.ergo minus reqrit me
iũ inter essentiã ⁊ notionale q̃
nter essentiam ⁊ tale essentiale
bi necessario mediat act⁹ intel
ectus. ¶ Tertia ꝯclusio est.om
i notionali est aliqḋ essentiale
nediati⁹ essentie vtroq modo
nediatiõis.hoc ꝓbatur dupl'r.
¶ pꝛio sic.q̃lis oꝛdo p se realis
esset inter aliq̃ si essent distincta
ealr:talis p se oꝛdo est inter il=
a coꝛrñdẽs illi distinctioni quaꝫ
ñt:vtpote rõnis:si distinguant
õne:⁊ hoc siue rõne sumpta ex
arte rei:siue mere causata per
ctũ intell'9. Nunc aũt si esset di
tinctio realis inter ista.s. essen=
ia, memoꝛia perfecta : ⁊ dicere
fectũ:memoꝛia esset p se in oꝛ=
ine reali imediatioꝛ ipsi eẽntie
ꝫ dicere.ergo ⁊ quocũq mõ sit
istinctio inter illa eo mõ est im
ediatio coꝛrñdens.maioꝛ ꝓba
ur a posterioꝛi sic:vbi est distin
tio rõnis siue vno mõ siue alio
ccipiẽdo rõneꝫ.ibi cõcludimus
rdiuẽ sic distinctoꝝ ex hoc q il
a sic distincta haberẽt talẽ oꝛdi
ẽ vbi essent distincta realiter.
¶ Nec ista maoꝛ inuenit habere
istãtiam:nisi foꝛte in aliquo qḋ
õ est ad ꝓpositũ.Et illud suffi=
iẽter excludit per exceptionem
taꝫ:si addat in maioꝛi sic:qua=
s est oꝛdo realis:talis ⁊ ratio=
is.nisi foꝛte in distinctione rea
i:illud qḋ est posterius aliquo
n distinctione minoꝛi haberet
erius esse illo ⁊ illo qḋ sibi coꝛ
ñdet.¶ Scḋo ꝓbat a pꝛioꝛi illa
aioꝛ:per se oꝛdinẽ intelligo : q̃

est ex p se rõnibus extremoꝝ.et
hoc accipiẽdo p se rõnẽ essentia
lem siue q̇ditatiuã non determi
nãdo illḋ cui⁹ est ratio ad esse in
re vel in intellectu sicdẽ illḋ: qḋ
indifferẽter p̃t h̃re vtrũq esse:v̄
h̃re rõnẽ q̇ditatiuã itelligibileꝫ
non determinando ad hoc vel il
lud esse.Ex hoc pꝫ maioꝛ.nã vbi
manet p se rõ similis oꝛdinis ibi
manet similis oꝛdo.sed in istis di
stinctis in tali vel in tali esse ma=
net p se eadẽ rõ ꝯsimilis oꝛdinis
q: rõ q̇ditatiua.a.⁊ rõ q̇ditatiua
b.ergo ⁊c.non enĩ esse in intell'u
dat ipi.a.rõnẽ q̇ditatiuã. Minoꝛ
pꝫ:q: si illa ibi posita essent reali
ter disticta esset:talis oꝛdo realis
qḋ q: esset essentia natura intel=
lectualis pfecta:iõ h̃ret itellm
pfectũ:⁊ vlterius haberet vel ha
bere posset obiectũ actu itelligi
bile ꝓpoꝛtionabiliter sibi p̃sens
⁊ vltra iõ esset vel esse posset me=
moꝛia pfecta nã hec est rõ memo
rie pfecte. intellectus h̃ñs obie= Q
ctum intelligibile ꝓpoꝛtionatuꝫ
actu sibi p̃sens:⁊ ex hoc vlterius
si ipã esset vel esse posset supposi
to habẽti eã pfecte p̃ncipium ex
pꝛimẽdi expꝛimeret vel exp̃mere
posset notitiã declaratiuã coꝛrñ
dentẽ illi memoꝛie:nunc aũt pꝛi
mum notionale saltẽ qḋ icludit
p̃mũ respectum positiuum ad ali
quã psonã est dicere. ergo p̃muꝫ
notionale hꝫ essentiale aliqḋ im
mediatius essentie vtroq mõ. ⁊ p
ꝯñs quodcunq aliḋ notionale si
cut aũt argutuꝫ est de memoꝛia ⁊
dicere sil'r posset argui de volũta
te ⁊ obiecto sibi p̃nte ⁊ actu spiran
di. ¶ Scḋo ad idẽ sic essentie im
mediatioꝛ est potẽtia q̃ actio rea
liter ꝓductiua s̄m illã potentiaꝫ
omne autẽ notionale est actio ꝓ

ductiua fm aliquã potẽtiã in natura diuina vel supponẽs illã: qꝛ est ꝓductio alicuius suppositi: vel supponẽs ꝓductionẽ ois aũt talis actio est alicuius potẽtie q̃ hꝫ rõnẽ essentialis: vl̃ qꝛ est ipsiꝰ intell'ꝰ vel qꝛ est ipsiꝰ volũtatis ergo ⁊c. ¶ Sic igitur ad istũ articulum pꝫ ꝙ eẽntiali ad extra notionale ẽ imediatiꝰ scdo mõ. nullo aũt eẽntiali ẽ ali qđ notionale imediatius vtroqꝫ mõ: quolibet aũt notionali ẽ ali qđ essentiale ad intra imediatiꝰ vtroqꝫ mõ: qꝛ saltẽ intellectus est imediatior q̃ dicere qđ ẽ pri muꝫ notionale: ⁊ ita ꝑ ꝯñs quocunqꝫ notionali: voluntas ẽt im mediatior est ipso spirare: ⁊ per ꝯñs quocũqꝫ pertinẽte ad ꝓcessionem spiritus sancti.

R

De tertio articulo instat ꝯ istas duas rões positas in.2.arti.ꝓ tertia cõclusione cõtra primam sic. vbi nõ manet eadẽ ratio ordinis: nõ opꝫ ponere eundẽ ordinem vel cõsimilẽ: sed in diuis vbi istoꝝ essentia.s.memoria: dicere: est sola distinctio rõnis nõ manet eadẽ ratio ordinis q̃ est vbi ista sunt distincta realiter. ergo ⁊c. ꝓbatio minoris: in creatura rõnali. ideo memoria p̄cedit dicere: qꝛ ipsa est principiuꝫ dicendi: nõ sic aũt in deo loquẽdo de memoria vt memoria siue vt distincta ab essentia: imo rõ principiandi emanationẽ ꝑsonalẽ est essentia diuina sola sub ratione essentie vt ei cõiũgit respectus realis: qđ probatur dupli'r. Primo sic. verbũ ẽ expssiuũ omniũ illoꝝ que in essentia diuina quasi inuolute cõtinent. ergo in verbo diuino intelligit deꝰ qđcũqꝫ distincte intelligit. ergo nõ põt aliq̃lis distictio actualis accipi in intellectu diuio intẽr essentiã ⁊ memoriã p̄cedẽs quodãmõ ꝓductionẽ verbi primuꝫ: ꝓbat ꝑ Aug.6.de tri.c. vlti. vbi dicit: ꝙ verbũ est ars patris plena omniũ rationũ viuẽtiũ. Itẽ distinctio fm rõnẽ nõ põt eẽ nisi fm aliquẽ actũ intelligendi. In deo autẽ primus actus intelligendi est principiũ emanatiõis verbi supposita ꝓprietate ꝑsonali cũ verbũ ꝓducit nãlr ⁊ actu nãli ipsius intellectꝰ. ergo nullo actu quasi p̄cedẽte ꝓductionẽ verbi põt hri distinctio ad extra vel ad intra. ¶ Et si q̃ratur ab eis qũo ergo distinguit i deo intell'ꝰ ⁊ volũtas: si nõ p̄supponit i deo distictio ꝓductiõibꝰ ꝑsonaꝝ. ¶ Dicunt ꝙ positis istis ꝓductiõibꝰ dictiõe ⁊ spiratione: ⁊ hoc ꝑ solã essentiã vt p̃ncipiũ formale respectu vtriusqꝫ ꝓductionis p̃t itell'ꝰ diuinꝰ ꝯparare eas ad aliq̃ siliã in creaturis. vni ãt silis est ꝓductio itell'ꝰ in creatura qꝛ ipsa est nulla p̄supposita: alteri silis est ꝓductio volũtatꝭ qꝛ ipsa ẽ altera p̄supposita: ⁊ ita ex tali ꝯparatõe ad extra itell'ꝰ cõcipit istas ꝓductiones: vnam quasi intell'ꝰ: ⁊ aliã quasi volũtatꝭ ꝑꝑ silitudinẽ istaꝝ ad istos actus: ⁊ ꝓpter illud istaꝝ ꝓductionũ principiũ ꝓductiuũ cõcipit intell'ꝰ sub rõne istorũ duorũ principiorũ.s.intell'ꝰ ⁊ voluntatis: ꝑ hoc impedit scđa rõ qꝛ memoria vt memoria vel intell'ꝰ nõ hꝫ rõnẽ principij respectu dicere: sed ipsa essentia: ⁊ bene cõcedit ꝙ essentia vt essentia prior est notionali: sed nõ habet per hoc ꝙ aliqđ eẽntiale aliquo mõ

Hẽr.in sũ.q̃li.27.q.

.6.⁊ q̃.4i.51.⁊ 52.⁊q̃.3.q.3.

distinctū ab essentia est imediatius q̄ aliqd notionale.

Contra ista rō posset multipl'r īprobari: q: duaꝝ ꝓductionū alteri⁹ rōnis nō vr̄ posse poni idē principiū formale ꝓductiuū: ꝛ spāl'r taliū ꝓductionū: quaꝝ vna non pōt poni nisi iam altera ponat. Nō videt ēt rō quare ꝓductiōis sint alicuius determinate plura litatis: respectu quaꝝ vnum est principiū formale eiusdē rōnis. ꝛ hoc in ꝓductiōib⁹ necessarijs: tm̄ ista vsq̄ ad ꝓximā.q. differat ꝛ h̄ tm̄ rō prima cōfirmat. ¶Cū em̄ accipit contra maiorē prime rōnis q̄ non manente eadem ratione ordinis nō manebit idem ordo: cōcedit de illa que est prima ꝛ per se cā: ꝛ ratio ordinis: sicut vl'r tenet de primo p̄ se ordine quorūcūq̄: ꝛ iuxta hoc arguēdo ad oppositū assumo hāc maiorez. vbi manet pria p̄ se rō ordinis eadē ibidē manet idē p̄ se ordo: sed ꝑma p̄ se rō istorū ordinis.s.memorie ꝛ ꝑsius dicere est ex p̄ se rōnibus istoꝝ.s. q̄ memoria ē memoria ꝛ dicere ē dicere. In q̄cūq̄ ḡ esse reali siue diminuto ista cōcipiunt statiz habet ex rōn:b⁹ istoꝝ q̄ memoria ē imediatior ipsi eēntie q̄ dicere. ḡ manētib⁹ p̄ se rōnibus istoruz duoꝝ extremoꝝ occurrētiū itellectui siue h̄bētiū eē reale siue rōnis q̄dcūq̄: semp̄ manet eadē vel silis p̄ se rō ordinis. ¶Et vlterius cū dicit in minori: q̄ in diuinis nō manet ista rō memorie ꝛ dicere que in creaturis: q: nō est ibi ratio principij ad ꝓncipiatū. esto q̄ illa esset rō ordinis. s. rō principij formalis agendi ꝛ actionis: adhuc habebo ꝓpositū: q: sm̄ Aug. 15. de tri. cap. 15. Sic hoc verbū nr̄m de nr̄a scia nascit: quēadmodū illud dei verbum de scia patris natum est. ꝛ vbiq̄ vult q̄ de rōne verbi ē nasci de scia que scia est in memoria ꝛ sic vbiq̄ dicit verbuz nasci de memoria: filius autē cui⁹ proprium est dici sm̄ ip̄m verbuz est. 83.q.q. 63. vbi vult q̄ optie positū est illud. In ꝓncipio erat verbū. quātū ad trāslationē nomis scd̄e ꝑsone. ē ergo memoria ꝓncipiū ꝓductiuū scd̄e ꝑsone: ꝛ ita manet ista rō ordinis inter memoriā ꝛ dicere. ¶Cōfirmo hoc: q: si nō ꝓcedat scd̄a ꝑsona p̄ memoriā vt memoria: sed p̄ memoriā vt essentia. nō magis ḡ ꝓducit per se p̄ actū memorie q̄ per actū volūtatis: q: essentia vt essentia nō magis est hoc q̄ illd. ergo ꝓductio eius in sua realitate nō est magis dictio q̄ spiratio. nec ipsa magis est ex realitate sue ꝓductionis filius siue verbū q̄ sp̄us sanct⁹: qd est patenter ꝯ intētionē Augustini. ¶Ad argumēta ꝓbātia q̄ eēntia sub rōne essentie vt tn̄ cōiūgit ei respect⁹ realis est ꝓncipiū formale ꝓximū ꝓducēdi filiū. ¶Ad primū cū dicit: de⁹ qdcūq̄ itellectu distincte intelligit: verbo iā producto intelligit. verū est q̄ v̄bū est eternal'r ꝓductū: sed nō q̄rit hic de ordine durationis: sꝫ originis. sic aūt itelligēdo q̄ pr̄ nō itelligat quecūq̄ distincta in se vt est prior origine verbo falsuz est: ꝛ ꝯ rōnē ꝛ cōtra Augu. 15. de trini. cap. 7. vbi vult q̄ quelibet ꝑsona sibi meminit sibi itelligit sibi diligit: ꝛ sic īfert q̄ si filio intelligeret pater. pr̄ nō eēt sapiēs de seipso, sed de filio. ¶Ex hoc

T

formatur prima rõ sic. quãcũq; pfectionẽ pater hr̃e põt h3 eã vt est origine prior filio q2 h3 ea3 a se. nullã em̃ perfectionẽ põt habere: nisi a se: ergo nec a filio. g̃ si pr posset noscere distincte actu oẽ intelligibile. nouit vt est por filio origine nõ nouit ergo aliq̃ intelligibilia distincte p̃cise in filio. hoc etiã p3 per Augu. 15. de tri. ca. 14. Nouit deus pater oia in se nouit ⁊ in filio. in seipso tãquã seipsu3. ¶ Ex hoc formatur secũda ratio. pater vt est prior origine filio nouit seipsum: non tãtum per memoriã siue actu primo: sed p intelligentiã siue actu scd̃o. qd̃ probatur: q2 cõsimilis est ordo originis pr̃is ad filiũ in habẽdo intelligẽtiã perfectã qualis est in habẽdo memoriã pfectã: q2 vtr eiusdem per se est hr̃e intelligentiã perfectã: cuius est habere memoriã perfectã. sicut ergo pater nõ precise in filio nouit seipsum quasi p memoriam: sed p seipsum vt est prior filio: ita ⁊ de notitia actuali p intelligẽtiã: ⁊ tũc vltra. sicut g̃ actuali notitia siue intellectione p intelligẽtiã nouit pr seipm̃ prius origine q̃ in filio: ita actuali intellectiõe p intelligẽtiã ingenitam nouit oia distincta in se prius q̃ in filio. ¶ Ad pbationẽ cu3 dicitur q verbum est expressiuũ omniũ que in essentia diuina quasi inuolute ↄtinentur. cõcedo: sed non p̃cise verbũ nec ipsa precise relucẽt i vbo. s3 eque distincte relucẽt in intelligẽtia pr̃is vt pr̃is ẽ. ¶ Qñ aũt probatur illa p̃cise esse relucẽtia in verbo p illud. 6. de tri. de arte. ad hoc rñdet Augu. 7. de tri. c. 4. Ita est verbu3 ars patris q̃uo sapiẽtia patris. ⁊ q̃lr hoc est ita inquit dicitur filius sapiẽtia patris q̃uo lumẽ patris ẽ. i. vt queadmodũ lumen de lumine ⁊ vtrũq; idẽ lumen tũc intelligit sapiẽtia de sapiẽtia ⁊ vtraq; vna sapiẽtia. hec ille. ¶ Si queratur quare vbũ dicitur magis ars patris q̃ ipsemet pater? ¶ Rñdeo scd̃e persone ex vi sue pductionis cõpetit qd̃ est notitia declaratiua: q2 est pducta per actũ memorie expmẽtis talẽ notitiã: ⁊ ideo appropriate dicuntur de ea que pertinẽt ad perfectionẽ cognitionis actualis: magis tñ ppriẽ dicitur sapientia: sicut loquitur aplš q̃ ars sicut loquitur Aug. q2 ex pductione sua magis est notitia declaratiua eternoꝝ q̃ factibiliũ. ¶ Scd̃a rõ innititur isti ppositioni. prim⁹ act⁹ intelligendi in diuinis est p̃ncipiũ ppriũ pducẽdi verbũ. Ista est falsa propter duo. ¶ Primo q2 nullus act⁹ intelligẽdi est ppriẽ p̃ncipiũ pducẽdi verbũ. ¶ Scd̃o q2 nõ est primus act⁹ intelligendi. sicut ipse intẽdit loqui de illo. primũ probo. q2 actus intelligẽdi cõiter accipitur pro ipsa opatione q̃ est intellectio. si g̃ prim⁹ act⁹ intelligẽdi est p̃ncipiũ emanationis vt ipse accipit. hoc intelligitur altero istorũ duoꝝ modoꝝ: aut ita videlz q est p̃ncipiũ formale quo vbũ pducitur: sicut calor in calefaciente respectu calefactiõis est p̃ncipiũ: aut ita q ẽ p̃ncipiũ emanationis: sicut actus pductiu⁹: sicut calefactio dr p̃ncipiũ pductiuũ caloris producti. neutro autẽ mõ põt itelligi. q2 omne intelligere est ipsius intelligẽtie. fm̃ Aug. 14. de tri. c. 7. Intelligẽtiã dico q̃ intelligim⁹ cogitãtes. pducere aũt verbũ siue habere principium

u

Nota dictu3 subtilissimũ i q̃ multi decipiũtur.

pium

piũ formale ꝓducẽdi nõ cõpetit nisi rõne memorie. ¶ Scõm patet ex dictis: qꝛ ꝓductionẽ verbi precedit origine itellectio distincta q̃ cõuenit patri ſm intelligẽtiã ꝓpriã ingenitã. nõ ergo producit verbũ ꝑmo actu intelligẽdi loquẽdo de primo origine sicut ipe accipit: cũ ꝓbat p hoc ꝙ verbũ naturaliter ꝓducit. Cõsequẽtia nõ valet: qꝛ quorumcũq; actuũ intellect⁹ est principiũ: est principiũ olm illoꝝ p modũ nature. ¶ Uel põt breuiter dici ad istã scdam ꝓbationẽ: ꝙ lꝫ verbũ ꝓducat in diuinis p primũ actũ intellectus: loquendo de primo actu ꝓductiuo: q̃ tñ nõ dr ꝓprie actus intelligẽdi: lꝫ sit act⁹ intellectus: nõ tñ primo actu operatiuo: q̃ ꝓprie dr actus intelligẽdi: sꝫ prior est origine actu intelligẽdi: vt est itelligẽtie paterne: et isto vt sic priori intelligit pater essentiã propriã distincte: nõ tñ in verbo ꝓducto. Ista distinctio de actu ꝓductiuo ꝛ operatiuo patebit post. q. 13. Act⁹ enim operatiuus nõ hꝫ terminũ ꝓductũ: sꝫ est vltim⁹ terminus: vt pꝫ ex. 1. ꝛ. 10. Ethi. Actus autẽ ꝓductiuus semp est alicui⁹ termini per se qui per ipsum accipit esse ¶ Rñdeo ad scdam rõnẽ positã ab ipso exclusa est p hoc qđ probatũ est essentiã vt essentiã non esse immediatũ principiũ formale productionis excludẽdo memoriam vt memoriam a ratione talis principij.

Ca. 1. ꝛ 9. c. 3. ꝛ inde. 3dẽ. 9 meta. t. c. 16.

Ad argumentũ

principale supponit ꝙ psona diuina constituit p aliquod notionale et ꝓ nũc supponatur. ¶ Ad maiorẽ ergo respõdeo per distinctionẽ: ꝙ aliqñ suppositũ constituit p aliqđ eiusdẽ generis cum ipa natura. ꝛ tũc videt posse cõcedi maior: qꝛ nõ solũ natura immediati⁹ se hꝫ ad suppositũ: sed etiã ad illud formale quo cõstituit suppositũ. ꝛ hoc aliq̃ immediatione. ¶ Si aũt suppositũ cõstituat p aliqđ alterius gñis: qđ esset remoti⁹ a natura q̃ genus illi⁹ qđ est ꝓprietas nature. tũc maior eẽt falsa. Si em̃ sortes cõstitueret p relationẽ: cũ relatio plus distet a gñe substãtie q̃ q̃litas vel quãtitas falsum eẽt ꝙ ↄ̃stitutiuũ sortis eẽt imediatius humanitati q̃ qualitas vel quãtitas. ¶ Nũc autẽ supposita ista opinione ꝙ relatio cõstituit psonã siue suppositũ diuinũ opꝫ dicere ꝙ suppositũ ibi nõ cõstituit p aliqđ eiusdẽ gñis cuꝫ natura: eo mõ quo ponit ibi gen⁹: sꝫ per illud qđ est ad alterũ: et natura est ad se. ¶ Illud aũt ↄ̃stitutiuũ aliquo mõ magis distat a natura q̃ proprietas nature: qꝛ si ibi ꝓprie eẽnt gña: sapiẽtia pertineret ad gen⁹ qualitatis: ꝛ paternitas ad gen⁹ relationis. ꝫ ibi suo mõ ꝓprietas põt esse imediatior ipsi nature illo qđ est constituti uũ suppositi. ¶ Si querat quare nõ põt hoc suppositũ cõstitui p aliqđ qđ est eiusdẽ generis cũ natura. ¶ Hec q̃stio est de eo qđ questio supponit: nec p ↄ̃sequẽs est ad ꝓpositũ: sed ad. q. de cõstitutiuis psonarũ ptinet: tñ concedo ad p̃sens suppositũ: ꝛ tũc potest dici ꝙ vbi ẽ aliqđ de se hoc: et tñ nõ est incõicabile: nõ põt intelligi aliqua determinatio vlterior nisi ad icõicabile. eẽntia autẽ diuina est de se hec: ꝛ tñ cõicabilis. si ꝫ dꝫ intelligi aliq̃ deter- dis. 26 primi.

minatio ad suppositū: cū suppositū sit incōicabile: opȝ ꝙ hoc sit per aliqd qd est primo incōicabile. tale nō pōt eē qd est ad se: qꝛ quicqd est ibi ad se fm illud suppositū ē pfectio simplr: ⁊ sic cōicabile: ⁊ ita opȝ cōstitutiuū suppositi differre a natura genere: nō qualitercūqȝ: sȝ a dria q̄ est iter rē ad se ⁊ rē ad alterū. pbatio aūt maioris pncipalis nō pcedit nisi de cōstitutiuo suppositi ptinēte ad idē gen⁹ cū natura.

Ordo querē doꝝ. ¶ Uiso de ordine eētialiū ⁊ notionaliū in diuinis: pȝ ex hoc ordo pcedēdi in q̄stionib⁹ de deo: qꝛ si aliq̄ fuisset mota de eētia vel eētiali ad intra illa eēt tractāda aā qōnes de notionalib⁹. Nulla aūt est mota de essentiali nisi qd ipoꝛtat respectū ad extra: et q̄dcūqȝ notionale suo mō est pri⁹ q̄cūqȝ tali eētiali. iō primo tractāde sunt q̄stiones mote de notionalib⁹. notionalia autē vel sunt relationes vel pductiones: siue illa sunt idē siue nō: nō curo. Est ḡ pmo qō talis de notionalib⁹ siue pductionibus.

Questio. II.

Uerit Utrū in deo pñt esse plures pductiones eiusdem rōnis? Arguo ꝙ sic. productio suppositi in esse nature substātialis ē gñatio: seu in diuinis est duplex pductio p modū nature. ergo duplex gñatio: ⁊ p cōsequens duplex pductio eiusdē rōnis. Minoꝛ pȝ: qꝛ ois pductio suppositi i natura diuina est in esse nature substātialis. Pꝛobatio maioꝛis: nā p hoc distinguit gñatio ab alijs mutatiōib⁹. per phm. 5. phyſ. qꝛ ipsa est ad substātiā siue ad esse substātiale. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. si pñt eē plures pductiones eiusdē rōnis: vel ergo plures gñatiōes: vel plures spirationes: ⁊ p ꝯñs plures filij vel plures. s. s. ꝯñs falsuȝ: qꝛ plures eēnt psone q̄ tres. ergo ⁊c. — T. cō. 7.

Hic concoꝛdant — A

oēs theologi in ꝯclusione negatiua: sȝ opȝ videre an ista sola fide teneat: an p rōnē? Ad ipsam aūt diuersi diuersas afferunt rōnes. ¶ Pꝛimo ergo tāgentur rōnes aliquoꝝ q̄ ad ꝯclusionē istā ponūtur. ¶ Scđo dicet quid magis circa hoc videtur eē tenēdū. ¶ Tertio quedam dubia occurrentia excludentur. — Queꝛe in theoꝛ. c. ppositio: nū credītarū Tho. 1. p. q. 7. ar. 1. et. qō. 44. ar ti. 1. et qō. 50. ar. 4. ⁊ secūdi scripti disti. 3. q. 4. et de potentia q. 2. et Egid. q̄li. 2. qō. 7. 12. me ta. t.c. 30. 2. de gña. t. c. 56. 3 phy. 5. et. 10.

De pꝛimo apponūtur ad hoc q̄tuoꝛ rōnes.

¶ Pꝛima est ista: foꝛma eiusdē spēi siue qd magis pprie dr l diuinis eiusdē rōnis nō multiplicat nisi fm materiā: materia aūt i diuinis eē nō pōt. vñ in diuinis nō ē nisi vnica filiatio subsistēs: sicut albedo subsistēs nō pōt esse nisi vna. ¶ Scđa rō: de⁹ oia itelligit ⁊ vult vno actu simplici. ḡ nō pōt eē ibi nisi vna psona pcedēs p modū verbi: et vna p moduȝ amoꝛis. ¶ Tertia rō: qꝛ psone pcedūt naturalr. natura aūt determiat ad vnū. ḡ ⁊c. ¶ Quarta rō: ex hoc ē pfecti⁹ filij: qꝛ tota filiatio diuina i eo cōtinet: nō ḡ pōt ibi eē aliq̄ alia.

Pꝛima ratio

vr eē trāscēdēs ppositū ⁊ assumere dubiū siue falsum fm multos. Illa eñ ppositio maioꝛ. s. ꝙ foꝛma eiusdē rōnis nō multiplicat nisi fm materiā: q̄ fm eos eq̄ hēt locuȝ

Ci meta.l 7. diffinitiõe pfecti h haben tur.

de angelo sicut de deo: aut itelligit sic: q forma quecunq immaterialis sit de se hec siue ex rõne sue qditatis: sicut de deitate ẽ hic: ita q nihil aliud itelligẽdo nisi deitatẽ est ɔdictio formalis deũ nõ eẽ hũc. Aut itelligit sic: q qcunq forma immaterialis aliq nõ sit hic formalr sua qditate: tñ ip sa i re multiplicari nõ pt: q2 vnica forma talis singular & signata hz i se totã entitatẽ illi9 forme et itẽsiue & extẽsiue: vt p3 de sole. Si intelligit pmo mõ seqtur q rõ forme specifice i angelis icludit repugnãtiã: imo ɔdictionem ad plurificari realr: & ita sicut nõ stat cũ ɔceptu hois q cõcipiat irrõnalis: vel cũ cõceptu dei: q ɔcipiat tãq indifferẽs ad plures deos: ita nõ stat cũ cõceptu talis speciei q cõcipiat plurificabilis: & p ɔñs qcũq posuerũt speciẽ angelicã posse plurificari habuerũt in intellectu suo cõcept9 formalr repugnãtes: q2 cõceptũ talis speciei & plurificabilis: & p ɔñs qcũq ɔceperũt ibi eẽ rõnem vlis simplr. s. dicibilis de plurib9: imo cõcipiẽdo naturã i talivniuersalitate includit i illo itellectu repugnãtia formalis iter obiectũ: intellectũ: & modũ cõcipiẽdi. Istud ɔñs nõ vr pbabile: cum multi theologi & catholici sic cõcipiẽtes naturã angelicã et speciẽ: sicut alij sine oĩ repugnãtia cõceptuũ cõcesserũt ibi plurificationẽ & vniuersalitatẽ pdictã. Sãcti etiã videtur ad hãc ptẽ declinare sicut Dam. in elemẽtario. c. 12. dicens: q vnicũ est incõmutabile & cõicabile: ipsius aũt q vni9 speciei cõicatio: et ipsa beata natura in trib9 cõsistit hypostasibus. Et sequitur

Argumentũ efficacissimũ cõtra aduersarios Scoti ce veritatis.

post hoc. Scdm vnũquẽq ordinẽ angelor & virtutũ differẽtes hypostases cõdidit: nõ solũ hoc: sed etiã fm vnãquãq speciẽ: vt vtiq cõicantes adinuicẽ naturã gaudeãt adinuicem: et naturali btitudine copulati adinuicẽ secure & amicabiliter disponãtur. Hec Dam. ¶ Et articuli dãnati tres videtur istũ articulũ prima facie reprobare. ¶ Un9 est a dño Stephano cõdẽnat9: q dicit sic: q q2 intelligẽtie nõ habẽt materiã: de9 non posset eiusdẽ speciei facere plures. error. ¶ Scds: q de9 nõ põt multiplicare indiuidua sub vna spẽ sine materia. error. ¶ Tertius: q forme nõ recipiũt diuisionẽ nisi fm diuisionẽ materie: error: nisi intelligat de formis educt& de potẽtia materie. ergo de formis nõ eductis de potẽtia materie: hoc dicere ẽ error. ¶ Si detur secũdus intellectus ppositionis: tũc seqtur q natura specifica Michaelis de se nõ est hec. ergo nõ repugnat sibi cõtradictorie nõ esse hãc vel nõ esse in hoc. p illã ergo potentiã q põt in quodlibet qd nõ includit cõtradictionẽ põt natura illi9 fieri & nõ in hoc. ¶ Dicetur forte q nõ posset stãte illo. Hoc nõ excludit ppositũ: & tñ est falsum. Primũ p3: q2 destruat iste: et tunc fiat natura in alio: nõ ergo omnino est necesse Michaelem eẽ hũc vnicũ. Scdm p3: q2 q simul sunt i potẽtia actiua agẽtis: nec iter se repugnat: illa pñt sil eẽ i effectu: hmõi sunt iste: Michael et ille Michael: si natura nõ est de se hic. ¶ Isto etiã q scds intellect9 eẽt verus: saltẽ ad ppositũ habemus q ista propositio forma eiusdẽ rõnis non põt plu

Est. 16 c. 17.

est. 40 c. 6.

Est. 1. c. 13.

a. l. nõ intelligit de formis &c.

rificari nisi p materiã nõ conclu
dit oĩmodã ipossibilitatẽ pluri=
ficationis filiatiõis i diuinis: cũ
tñ illa plurificatio sit impossis
simplr includẽs ꝯdictionẽ. Ista
ꝑ ꝑpositio nõ ꝯcludit ꝑpositũ
f.ꝯclonẽ quã tenem⁹ sicut ipa ẽ
vera nisi accepta ſm ꝑmũ intel=
lectũ:q̃ rõnabilr vr̃ multis eẽ fal
sus:vt dictũ ẽ. Nõ eñ ẽ doctria
couenies ꝯclonẽ certissimã ⁊ sũ=
me necessariã tenere ꝑ rõnẽ ni
mis gñalẽ q̃ vr̃ multis hr̃e plu=
res instãtias. ¶ Preterea instat
de aia intellectiua q̃ pri⁹ natura
B ẽ termin⁹ creatiõis q̃ꝫ infundat
prim⁹ ãt termin⁹ creatiõis vt ta
lis formalr ẽ hic:ꝑ aia naturalr
pri⁹ ẽ hec:q̃ꝫ vnit materie:⁊ pari
rõne de alia:aia pri⁹ natura est
hec q̃ꝫ vniat materie:vñ aũt ista
aia ẽ hec sua ꝑpria singularita
te:inde ẽ hic ⁊ nõ illa:⁊ p ꝯñs ꝑ=
ma distinctiõe singularitatis di
stinguit a singulari distincta ab
illa:ꝑ distincte sunt iste ale pri⁹
natura q̃ꝫ vniant materie: nõ ꝑ
p se ⁊ prio distingunt sua mate=
ria.pria ꝑpositio ꝑbat: q: illud
qđ sine ꝯdictiõe põt eẽ sine alio
⁊ nõ ecouerso ẽ pri⁹ naturalr il
lo:hoc accipit.5.met.c. de priori
t.c.16. Aliqua inqt ſm naturã ⁊ substã
3dẽ.8. tiã sunt priora q̃cũqꝫ cõtingit eẽ
phys. sine alijs:⁊ illa nõ sine illis: ⁊ in
t.c.56. fine capituli ad istũ modũ redu
cit oẽs modos poris.⁊ in.7.me.
eẽ inqt substãtie ẽ primũ oim: ⁊
t.c.4. hoc probat aliorũ eñ nullus est
separabile a substãtia idest po
tẽs eẽ sine substãtia:hec aũt sub
stantia põt eẽ sine alijs qua nũ
est de se cõcludit ergo ſm phm
separabilitas ista prioritatẽ ſm
naturã.aia aũt nõ solũ ſm sub=
stantiã ⁊ eẽntiã ſ ſm exñtiam ⁊

vt terminus creatiõis diuine põt
esse sine materia:ergo põt eẽ si=
ne hoc q̃ vniatur materie:nullo
modo aũt põt eẽ in materia:nec
p creationẽ.nec aliquo modo q̃
litercũqꝫ:nisi ipsa sit hec ꝑpria
singularitate:seqtur ꝑ ista ꝑpo
sitio prima q̃ fuit hic probãda.
¶ Si dicat q nõ ẽ hec sic p ma=
teriã.f.vnionẽ actualẽ:vel p esse Uide
actuale in ipsa.ſ p aptitudinẽ auic.6
essendi in ipsa materia ⁊ ipsa nõ natura
est prior illa aptitudine. Istđ nõ liũ pte
euadit arg.q: natura ipsa abso 5.c.3.
luta est prior natura ipsa apti=
tudine ⁊ hec aia hꝫ aptitudinẽ
hãc ad hoc corp⁹:⁊ illi aie repu
gnat aptitudo hmõi ad corpus
hoc:⁊ cõuenit sibi alia aptitudo
ad aliđ corp⁹. ¶ Tũc arguo sic:
qđ cõuenit huic ⁊ repugnat alij
eiusdẽ spẽi nõ cõuenit huic p se
ſm illđ q est cõe istis vel saltẽ
preexigit distinctionẽ in istis ne
cessario.f.hui⁹ ab illo hec apti=
tudo conuenit huic ⁊ repugnat
illi:ꝑ necessario preexigit distin C
ctionẽ hui⁹ ab illo:ergo pria di=
stinctio nõ ẽ per aptitudinẽ nec
prima singularitas hui⁹ ⁊ illi⁹.
¶ Cõfirmat rõ aptitudinis for
malr loquẽdo nõ est ad se nec ẽ
rõ entis in actu:primũ probat:
q: si intelligeret ad se: ergo pos
set intelligi ⁊ nõ ad aliud vt ad
terminũ:secũdũ ẽt ex hoc pꝫ: q:
aptitudo possꝫ esse ad terminũ
nõ existẽtẽ:qđ aũt necessario exi
git aliqđ nõ exñs:ipsum est non
existens in actu:nũc aũt hec aia
est singulare absolutũ:⁊ singu=
laritate absoluta:⁊ singulare i
actu ⁊ singularitate actuali:er=
go aptitudo nõ est rõ formalis
sue singularitatis. ¶ Ex ista in=
stantia de aia hic habet q nõ ẽ

omnino necessariũ hoc ẽ cuius
oppositũ includit cõtradictionẽ
ꝙ forma eiusdẽ rõnis nõ p̃t plu
rificari sine materia realr:ꝛlicet
habeat aptitudinẽ ad materiaꝫ
tñ priꝰ natura hꝫ plurificationẽ
ergo prima rõ plurificatiõis nõ
ẽ materialitas gñalr. ❡Et qꝺ
imaterialitas nõ sit prima ratio
forme eiusdẽ rõnis eẽndi hanc:
nec materialitas pria rõ plurifi
D catiõis in forma:probaꝛ:qꝛ quo
aliq̃d ẽ in actu extra cãm ꝛintel
lectũ:eo ẽ hoc prio:qꝛ sic eẽ non
cõpetit nisi huic:imo vlitas siue
nõ hoc nõ põt alicui competere
nisi intellectu. nũc aũt queciiqꝫ
entitas p̃cipue absoluta seipsa
primo est in suo esse:qꝛ seipsa p̃
mo recedit a nõ esse ad eẽ: qꝛ lꝫ
multa cõcurrãt ad suũ eẽ: sicut
materia ad eẽ forme ꝛforma ad
esse materie:ꝛ tñ nullũ cõcurrẽs
est sibi pria rõ essendi in suo eẽ:
ergo seipsa primo est hec: ꝛ ꝑ cõ
sequẽs filiationẽ diuinã eẽ hãc
accipieꝛ primo ex rõe filiationis
E talis nõ ex imaterialitate q̃ tñ
aliq̃d ponit vel excludit aliquid
annexũ ꝓprie singularitati. ❡Cõ
firmaꝛ hoc per auctoritatẽ quia
materia nõ est ꝑ se cã forme:' lꝫ
2.met. sit materia forme.ſꝫ Auic.ꝛnul
c.4. lo mõ vꝛ aliquid eẽ hoc ꝑ illud
qꝺ nõ est ꝑ se eius cã:ꝛ hec ẽ in
ℓ.c.27 tẽtio phi.12.met.c.3.vbi vult tã
cã materialis q̃ꝫ formalis:ꝛ effi
ciẽs hñt vnitatẽ ꝛdistinctionẽ spe
cificã ꝛ numeralẽ ꝓportionataꝫ
ipsis principiatis:horũ inq̃t que
sunt in eadẽ natura diuersa nõ
specie supple sunt pricipia:ꝛsub
dit:ſꝫ qꝛ singulariũ aliꝺ tua ma
teria ꝛ mouẽs ꝛ spẽs ꝛmea:rõe
ãt vli eadẽ.hec ille:vtrũqꝫ eñ ꝑ
se principiũ cõpositi opꝫ hr̃e in

dr̃iam cõsimilẽ in dr̃ie cõpositi:
ꝛ determinationẽ similez deter
minationi cõpositi:qꝛ neqꝫ indif
ferẽs cõstat ex determinatis ne
qꝫ determinatũ ex indifferẽtibꝰ
idifferẽtia vlitatis. ergo frustra
quæriꝛ rõ singularitatis ꝛhoc p̃
ma rõ singularitatis determina
te ꝑ aliq̃d extrinsecũ:tãq̃ꝫ ꝑ prin
cipiũ formale quõcunqꝫ extrin
secũ sit cã aliqualis cõcomitans
qꝛ semꝑ opꝫ ꝙ prima rõ forma
lis singularitatis signate sit per
aliq̃d ꝑ se intrinsecũ singulari.

De secunda rõne cõ sequen
tia ẽ eumpti.ꝛ vꝛ isti ꝓpositioni
inniti.vbi nõ põt eẽ nisi vnicus
actus intelligẽdi:ibi nõ põt esse
nisi vnicũ verbũ siue vnicũ dice
re:hec ꝓpõ gr̃a materie verita
tẽ hꝫ in intellectu creato:non qꝛ
illo actu intelligẽdi ꝓduciꝛ ver
bum sicut alias diceꝛ:imo actu
dicẽdi qui nõ ẽ aliquis actꝰ itel
ligẽdi.ſꝫ qꝛ oẽ intelligere in no
bis exp̃ssuꝫ ẽ ꝑ actũ dicẽdi:ꝛ per
oẽ dicere expimiꝛ aliqꝺ intelli
gere:ꝛ ꝑ aliꝺ dicere aliꝺ intelli
gere.iõ si vnicũ ẽ intelligere vni
cũ ẽ dicere:ſꝫ ista ꝓpositio oĩno
nõ hꝫ rõnẽ veritatis in deo:quia
nõ omne intelligere diuinũ ẽ ꝑ
aliqꝺ dicere:immo itelligere ipa
ternũ respectu cuiuscũqꝫ obiecti E
nõ ẽ ꝑ aliqꝺ dicere:ꝛ iõ possꝫ pa
ter quãtũ ad hoc hr̃e itelligere
vnicũ respectu oĩm obiectorum
lꝫ hr̃et singula dicere respectu
singulorũ obiectoruꝫ.si singula
obiecta haberẽt ꝓp̃a v̄ba. Vel
breuiter hec ꝓpositio nõ vꝛ ne
cessaria gratia forme:qꝛ lꝫ i vno
non sit nisi vna forma absoluta
eiusdẽ rõnis:ipsum tñ põt habe
re plures ꝓductiones actiuas

5.phy. c.38. a.l.vt uentis operatiui.

pluriū terminoꝝ. Ex eplū lȝ sol vna luce sit luminosus tñ pt habere plures actꝰ illuminādi. In telligere aūt ē pfectio intelligētis: ꝛ forma absoluta: saltē ē per fectio inexistēs operāti. nō aūt pductio alicuius termini: dicere aūt dꝫ actio pductiua termini. non ḡ gratia forme sectur. si intelligere non plurificat. ḡ nec dicere. ℂ Sȝ dices ꝙ dicere nō est actꝰ trāsiēs sicut illuminare imo terminꝰ eiꝰ ēt manet i eodē intellectu: si ergo intelligere qꝛ imanēs nō est nisi vnicū in itellectu diuino: pari rōne nō erit nisi eē vnicū dicere. ℂ Istō qdē verū est. qd ē vnū dicere in intellectu diuino: sicut vnū itelligere: sȝ qrēti rōnē opȝ pbare ꝯñtiā q eē poneret filiū in diuinis dicere: poneret duo dicere vnū patris ꝛ alterū filij: qꝛ nō eodē actu dicendi filiꝰ pducit ꝛ pducit ꝛ tñ nō poneret nisi vnū intelligere: qꝛ itelligere ē cōicabile in diuinis sicut ꝛ qdlibet eētiale: ꝛ iō p quoscūqꝫ actꝰ notionales cōicaret: semp ipsuȝ eēt idistictū ꝛ tñ ibi actꝰ notionales eēnt distincti: sicut mō eētia ē oino eadē: quāuis cōicet pluribꝰ productionibus magis distinctis ꝙ̄ essent duo dicere: qꝛ distinctis fm rōnē formalē. Ista tñ ꝓpositio intellectꝰ hñs vnū itelligere hȝ vnū dicere: vera ē in intellectu creato gr̄a materie. p tāto ꝙ in telligere ē ibi terminꝰ formalis actꝰ dicēdi. ꝛ ita verū ē ibi ꝙ alteriꝰ actꝰ exprimēdi. aliꝰ ē terminꝰ formalis pp limitationē ipsiꝰ termini: ista aūt rō nō tȝ in diuinis: qꝛ terminꝰ formalis actꝰ exprimēdi ē illūminatꝰ: ꝛ ideo nō opȝ ꝙ distinguat fm distinctio nē actuū exprimēdi: q̄ sunt acꝰ psonales. ℂ Tñ vr̄ ꝙ ista ꝓpō. vbi ē vnū intelligere ibi ē vnū dicere possȝ hr̄e aliquā euidētiā cōparādo ad obiecta: qꝛ ille itellectꝰ q̄ pōt vno actu intelligēdi ꝯprehēdere plura: pari rōe pōt vno actu exprimēdi exprimere notitiā declaratiuā pluriū. ꝛ tūc tñ mō ex illa ꝯñtia hr̄ ꝙ in diuinis nō ē aliō ꝛ aliō dicere pp ꝯdistinctionē obiectoꝝ: sicut nec aliō intelligere. Sȝ vltra ad hñdum totū ꝓpositū opȝ pbare ꝙ nō ē ibi aliō dicere respectu eiusdeȝ obiecti: ꝛ hoc vel alterius psone dicētis: vtpote si ponat filiū dicere suū verbum vel eiusdem psone vtpote si ponatur patrē dicere aliud verbum.

De tertia rōne. ista ꝓpositio. natura determinat ad vnū nō cōcludit ꝙ tñ posset vnica psona naturalr̄ siue p modū nature pduci: qꝛ nō solū natura specifica eadē: sȝ natura vnica in vno singulari pōt eē principiū pductiuuȝ pluriū naturalr̄: sicut de igne pducente plures ignes naturalr̄ Est ḡ intellectꝰ huiꝰ ꝓpōnis: natura determinat ad vnū nō qdē ad vnū pducibile. vnū inqꝫ nūero siue singulare: sȝ determinat ad vnū determinatū modū producēdi: qꝛ nō ē ibi principiū idē terminatū respectu oppositoꝝ sicut ē volūtas: ℂ Si dicat ꝙ iō nā pt eē pricipiū pluriū pductorū per modū nature: qꝛ pducit de luribꝰ materijs: ꝛ iō pexigit plura opposita d qbus pducit. hic aūt pducēs nō pducit d aliquo opposito: nec ēt pñt plures eē materie: de quibꝰ fiāt productiones. ℂ hoc non obstat: qꝛ si

agens naturale qđ h3 in virtute sua actiua effectū suū partialiter quātū ad formā pōt in plura producibilia: multo magis agēs illđ qđ in virtute sua actiua h3 effectū totalr nullā materiā p̄supponēdo pōt in eadez vel i tot p̱ducibilia: q2 pfectio virtutis actiue in h̄ndo effectuz totalr nō limittat ipm respectu p̱ducibiliū. Nūc aūt p te agēs naturale qđ h3 i v̄tute sua actiua effectū suū ptialr.s.quātū ad formā p̄t idē manēs plura p̱ducibilia vni⁹ spēi p̱ducere. g̃ silr posś si h̄ret effectū suū totalr i virtute sua actiua:nulla.s.materia p̄supposita. Et illđ p3 manifeste:q2 sicut agēs vni⁹ spēi pōt generare multa simul. ita ꝛ de⁹ creare:nō g̃ solū p hoc est possibilitas respectu pluriū possibiliū ab eodē p̱ductiuo ad eadez p̱ducēda:q2 p̱ducit vel p̱ducere pōt de pluribꝰ p2icipijs passiuis:s3 pp rōnē ipsi⁹ potētie actiue:ꝛ pp cōitatē siue pluralitatē termini p̱ducibilis.op3 g̃ ad p̱bādū vnicū eē terminū p̱ductionis vel ēt vnicā/eē p̱ductionem vni⁹ rōnis p̱bare q̄ termin⁹ productionis nō p̄t cōpetere pluribus p̱ductionibꝰ eiusdē rōis:siue productio fuerit de aliq̄ siue de nullo siue principiū sit natura siue non.

B

De quarta

rōne fili⁹ ē pfectus de⁹:ꝛ tñ nō h3 diuinitatē oī mō h̄ndi ea3: imo pōt diuinitas h̄ri etsi nō alia:tñ in alio supposito ꝛ alio mō h̄ndi eā:g̃ ex hoc qđ ē pfect⁹ fili⁹ intēsiue sicut est pfectus deus:nō seq̄tur q̄ h̄eat omnē filiationē possibile3 extēsiue vel saltē nō oīnō possibili. In filiatiōe aūt cū nō sit eadē cōicabilis pluribꝰ nō opt3 distiguere inter alietatē filiatōis ꝛ aliū modū h̄ndi.imo sicut diuinitas p̄t eē pfecta i aliq̄ ꝛ tñ alio mō h̄ri in alio:ita filiatio p̄t eē pfecta i aliquo.ꝛ tñ alia h̄ri in alio.

Ad cōclusionez

negatiuā opponit̄ rō talis a quibusdā. Si tota fecūditas ordiata ad ḡnationē filij sit exhausta in vni⁹ filij ḡnatiōe:ipo'e eēt cū illo aliū ḡnari:q2 ille ali⁹ ḡnaret̄ sine oī fecūditate ordiata ad filij ḡnationē:s3 i deo tota fecūditas ordiata ad filiū ḡnationez exhaurit̄ in vni⁹ filij ḡnatiōe q2 vnico actu ḡnandi sp manēte p̱ducit̄ vn⁹ fili⁹ sp manēs.ꝛ ex eo dē semp vniformiter se h̄nte:nō posś g̃ restare fecūditas ad alteri⁹ filij ḡnatione3:nisi possent sil̄ eē due p̱ductōes oīno eiusdē rōis ꝛ ex eodē q̄ ē ipo'e sicut;im po'e ē vnā ꝛ eādē materiā sil̄ moueri plurib⁹ motib⁹ ḡnatiōis vl̄ alteratiōis idē f3 spē3 differentibꝰ aūt f3 nūerū:ꝛ hoc iuxta artē phī q̄ determinat.5.phy.non eē po'e q̄ idē sil̄ moueat̄ pluribus motib⁹ f3 eādē spē3 motus h̄r g̃ mino2 q̄ in diuinis in ḡnatiōe filij exhaurit̄ tota fecunditas ad ḡnationē filij: q2 act⁹ ille sp manēs ē ex eodē sp vniformiter se h̄nte. ¶ Cōfirmat̄ p exēplū si vnus hō h̄ret vnicū semē:ꝛ nō eēt po'e aliđ quo ad ḡnationem hoīs:ꝛ de illo semine semp esset iste fili⁹ genit⁹:ipo'e esset aliuz filiū ḡnari. ¶ Hic breuiter formādo arguit̄ sic: act⁹ adeq̄tus p̄ncipio ꝛ sp vniformiter stans nō cōpatit̄ secū aliū eiusdē rōis ab eodem p2incipio actiuo actus

h̄ē.q̄l. 6.q.1.

Imaginatio metaphoꝛica.

t.c.37. ꝛ circiter.

Idē.5. phy.t. cō.19.

vnic⁹ gñatiōis ĩ diuinis ẽ adeq̃tus suo pncipio: semp stat. ꝫ ⁊c.

De prima rōne. verbũ illđ exhaurit: si ꝓprie accipiat sicut accipit in corporalibus: denotat nihil il lius qđ exhaurit remanere in il lo in q̃ pfuit: vt p₃ de aq̃ ĩ puteo. isto mō nō pōt intelligi in ꝓposito: q₂ fecũditas nō exhaurit sic p ꝓductionẽ filij q̃n tota ipa ea dẽ semp manet ĩ patre. ꝫ op₃ q̧ ſm alterã similitudinẽ intelligi tur: vt v₃ dicat exhauriri ꝓ quã to. s. q̧ nō manet ĩ patre ad aliũ actũ ꝓductiōis vel gñatiōis alteri⁹ filij: sicut si nō maneret aq̃ in fonte quantũ ad aliũ actũ po tatiōis posset aliquo mō dici ex hausta p actũ potatiōis: cōcedit ꝫ maior: q₂ exhausta isto mō to ta fecũditate ordiata ad gñatio nẽ filij nō posset ali⁹ gñari: s₃ il lã minorẽ: q̧ ĩ diuinis sic exhau rit ĩ gñatiōe vni⁹ filij tota fecũdi tas q̃ est in diuinis ad gñationẽ filij: op₃ ꝓbare. Innuit aũt ꝓba tio ei⁹ p hoc q̧ gñatio ista semp stat: et est de eodẽ pncipio. q. de quo. ⁊ de eodẽ principio. q. passi uo. et iō nō pñt eẽ simul plures ꝓductiōes sicut nec plures mo tus. ¶ Cōtra istã rōnẽ q̧ nō cōcludit sufficiēter ꝓpositũ pōt ar gui sic: q̃cũq₃ potētia posset hr̃e aliũ actũ si ille actus non staret semp: illa simplr̄ pōt habere aliũ actũ: s₃ potētia gñatiua in diui nis p te: solũ ex hoc non pōt hr̃e aliũ actũ: q₂ ille act⁹ semp stat. ꝫ illa potentia absolute pōt habe re aliũ actũ: ⁊ ita q̧ ĩ hoc nō est cōtradictio: s₃ si potest hr̃e aliũ actum. ergo necessario h₃. nihil eñ est ibi possibile. s. q̧ nō inclu dit cōtradictionẽ q̃n sit in actu. ergo ibi sunt in actu plures ge nerātiões. Cōclusio est falsa: er go altera pmissarũ. nō maior: er go minor. q̃ videt eẽ accepta ex rōe argumẽti tui. Probatio ma ioris rōne et exēplo. ¶ Rōne sic. potētia naturalr̄ pōr ẽ actu. q̧ quid aũt nō repugnat priori na turalr̄ nisi p illđ qđ est posteri⁹ naturalr: et simplr̄ nō repugnat sibi: q₂ ꝯdictio simplr̄ nō est ali cui⁹ ad pri⁹ p hoc q̧ illud h₃ cō tradictionẽ ad posteri⁹ natura. si ergo act⁹ ali⁹ nō repugnat po tētie nisi q₂ potētia semp est sub isto actu: absolute nō repugnat potētie ali⁹ actus: ⁊ ita sine ꝯdi ctione simplr̄ pōt ali⁹ actus sibi cōpetere. Exēplũ hui⁹ est. Si sol illuminaret vniuersum vna illu minatiōe adeq̃ta sibi intēsiue: q₂ sc₃ ita pfecte sicut posset illumi nare ⁊ extēsiue: q₂ sc₃ illa illumi natio eēt toti⁹ illuminabilis qđ posset eẽ illuminatũ a sole. si il le act⁹ semp staret: ita q̧ sol non posset hr̃e aliã illuminationem: hoc eēt: q₂ simplr̄ repugnat soli vt est principiũ illuminatiuũ. q̧ sit pncipiũ alteri⁹ illuminatiōis: imo solũmō ex hoc q̧ totale suũ passiuũ est ꝓportionabilr̄ actua tũ. absolute ergo soli est cōpossi bilis alia illuminatio: ⁊ p conse quens si sol necessario causaret omnẽ illuminationẽ quã posset causare: sol haberet aliã illumi nationẽ ĩ actu. nũq₃ est ergo ne cessitas simplr̄ illius vnice ꝓdu ctionis: nec est necessitas istius vnitatis ex hoc q̧ vna ꝓductio semp stat. ¶ Cōfirmat ista rō: q₂ si potētia ex rōne sui nō necessa rio determinat ad istũ actũ: sed tãtũmodo ex hoc q̧ iste act⁹ sem per stat elicit⁹ a potētia. illa po

9. Meta. t. c. 13. ⁊ in de. B

Exemplũ doctrina le ⁊ notabile

tētia absolute vt prior actu posset extēdere se ad aliū actū. ergo irrōnabile videt q ille act9 magis eēt ab ista potētia q iste: et p cōsequēs cū neuter posset eē min9 necessari9 altero: vel vterq simul est a potētia vel neuter. ¶ Uidetur ergo breuiter quātū ad istā rōnē q nec p hoc q act9 semp stat: nec p hoc q vna potētia nō pōt simul pfici diuersis actib9 habetur cōclusio rōnis sufficiēter probata: sicut ipa est vera: imo oportz pbare q sic ē necessitas ad vnā pductionē vni9 rōnis: q si p impossibile illa nō semp staret: vel nūq eēt adhuc nulla alia posset haberi in diuinis eiusdē rōnis: vt queadmodū si hic pr nō esset in diuinis: oino 9dictio eēt dicere patrē in diuinis. Ita si hic pr hac gñatiōe nō gñaret vel p impossibile gñaret actu trāseūte et nō stāte. nullā aliā generationē posset hre: q2 nō posita absoluta et oimoda necessitate ad vnicā pductionē: ibi possibilitas ponitur ad aliā: et p 9ns necessitas: q2 qcqd ē ibi possibile ē necessariū. ¶ Ex hoc pt3 q scda rō de adequatiōe abbreuiās istā. nō cōcludit: q2 aut maior accipit adequationē intēsiuā tm: vel extēsiuā et intēsiuā. ¶ Si intēsiuā tm: ex tali adequatiōe nō cōcludit q sit vnica pductio possibilis: immo alia pōt eē possibilis: l3 nō simul stās. habet ergo tm q vnica est possibilis simul: s3 vbi nō habet de vnica pductione possibili nisi sic q alia nō sit simul possibilis: ibi nō habet qn alia sit simpliciter possibilis: et p 9ns in pposito necessaria simplr. ¶ Si accipiat adequatio scdo modo: minor nō probatur nisi forte innitatur isti q vnica pductio semper stat. et de hoc tactum est supra.

Ex hoc habet quāta sit subtilitas et efficacia Scoti ce specula tiōis i verita te inuestigan da.

De scdo articulo dico q ista cōclusio in diuinis nō pñt esse plures pductiones eiusdē rōnis: non sola fide tenet: s3 etiā rōne necessaria ostēdit. ¶ Et pōt formari rō primo deducendo ad impossibile. ¶ Scdo ostensiue. ¶ Tertio pōt cōfirmari ppositū ex intentione phi. ¶ Formaē ergo rō sic: si pñt eē plures pductiōes eiusdē rōnis: ergo et infinite. et si sic: ergo necessario sunt infinite: q2 nihil pōt ibi eē nisi necessariū. vltimū 9ns est impossibile: manifeste ergo et primū antecedēs. Probatio pme 9ñtie auctoritate et rōne. Auctoritas est Aug. 9 Maximinū lib. 1. Absit vt iō potētior sit pr filio: vt puta: q2 creatorē genuit pr. fili9 aūt nō genuit creatorē. neq enī nō potuit sed nō oportuit. et subdit qre nō oportuit: Imoderata eēt diuina gñatio si genit9 fili9 nepotē gigneret pri: q2 nisi et ipse nepos auo suo pnepotē gigneret: fm vestrā mirabilē sapiētiā impotēs diceret. sicut et ille et ille etc. Et subdit. nec impleret gñationis series si semp alter ex altero gigneret: nec etiā pficeret vlus eā: si nō sufficeret vnus oipotēs. hec Augu. Ex ista intētione Aug. hr q si vna psona pducta pductione tali: nō sufficeret ad cōplēdā vnā vel totā pductionē in diuinis. pari rōne nec alia aliqua nec quotcūq. et ita siue cūdo in directū q fili9 gñaret aliū filiū: siue cōparādo ad eādē psonā pris: q. s. habeat istū filium et aliū filiū semp q rōne ponit pluralitas: pari ratiōe seqtur infinitas eiusdē rōnis. ¶ Probatur ea

3 dē ɔña p rōnē sic. qcqd est plurificabile eiusdē rōnis: vel ad plura eiusdē rōnis se habēs nō determinat ex se ad certā pluralitatē. Hec ppositio ptȝ siue cōparādo cōe ad sua singularia: siue cām ad sua causata: siue principiū ad sua principiata. cōe enim plurificabile eiusdē rōnis nō determinat ex se ad certā pluralitatē inferiorum. causa etiā non determinat ad certa causata ex se. Ex hac ppositiōe pbata seqtur q ōdcūq plurificabile eiusdē rōnis quātum est de se pōt extēdi ad infinita nisi determinet aliūde: nec determinari pōt p principiū eiusdē rōnis. ergo si p aliqd principiū in diuinis productiuū potest eē pluralitas pductionū eiusdē rōnis nō determinat talis pductio ex se siue ex suo pncipio formali ad certā pluralitatem: nec ex hoc nec ex illo repugnat sibi qcūq pluralitas. g vel poterūt eē infinite: et p ɔñs sunt infinite: qd est ɔclusio illata: vel fiet determinatio taliū pductionū ex alio ad certā pluralitatē q̄ ex se: vel pncipio pductiuo: sȝ hic nō pōt dari vñ fiat ista determinatio. nō eñ ab aliquo posteriori: q2 a posteriori nihil habet suā entitatē: ergo nec vnitatem nec certā pluralitatē: nec ab aliquo qd est simul natura cū pductionib9: q2 q̄ rōne ipsa pductio q̄ est vni9 rōnis non determinat ex se ad certam pluralitatē: pari rōne nec illd qd est simul natura cū illa: nec ab aliq priori: q2 illud pri9 vel est pncipiū formale pducēdi vel pncipiū pducēs qd est suppositū a pncipio formali pductiuo nō pōt eē determinatio: vt ptȝ in pbatione maioris: q2 principiū pductiuū eiusdē rationis nō determinat se ad certā pluralitatē pductionū eiusdē rōnis: nec a supposito pducente pōt determinari: q2 in tot pductiōes pōt suppositū ad quot se extendit principiū pductiuū qd est in supposito. si g nō est determinatio a parte principij formalis pductiui: nec etiā a parte pducētis. sic ergo patet ista consequentia ad impossibile: q si possent ibi esse plures pductiones eiusdē rōnis: g ⁊ infinite. ¶ Secūdo arguitur ostēsiue sic. Illud nullo modo est plurificabile in diuinis: qd nō pōt determinari aliquo modo ad aliquā certā pluralitatē. Sed pductio eiusdē rationis in diuinis nullo mō pōt determinari ad certā pluralitatē aliquā: ergo nullo mō est plurificabilis qd est ppositū. Maiorē primo exponā. scdo probabo eā. ¶ Certā pluralitatē dico vtputa dualitatē ternitatē quaternitatē vel aliquā aliā datā: oīno determinari ad certā pluralitatē. dico q impossibile est illā excedere ⁊ nō qualitercūq impossibile a posteriori vel a simili: sȝ includēs manifeste cōtradictionē maiorē sic intellectā probo. si nō pōt oīno determinari quātū est de se ad certā pluralitatē. ergo quantū est de se pōt in quotcūq: q2 contradictionē nō includit q quacūq pluralitatē excedat: ⁊ hoc in infinitū. sȝ nihil potest eē in diuinis possibile sic vltra quācūq pluralitatē plurificari: q2 tūc necessario esset plurificatū vltra quācunq pluralitatē: et ita esset in infinitis. Probatio minoris: illud nō potest oīno determinari ad certā pluralita-

tem inferioꝝ eiusdē rōnis qd nō
necessario preexigit aliqua plu
ra alteri⁹ rōnis p que determi-
net ad certā pluralitatē. produ
ctio eiusdē rōnis in diuinis non
necessario pexigit aliq̄ plura al-
terius rōnis p que determinet
ad certā pluralitatē: nō g pt oi-
no determinari ad certā plura-
litatē. ¶ Isti⁹ pro sylli probo ma
iorē ꝛ minorē. maiorē sic: si ē plu
rificabile eiusdē rōnis nō deter-
minat ex se ad certaz pluralita-
tē: hoc pri⁹ probatū est in arguē
do ad impossibile: tūc pari rōne
illa iferiora vel singularia q̄ sūt
eiusdē rōnis non hn̄t ex se certā
determinationē ad certā plura-
litatē: q2 sicut ignis ex se nō de-
terminat ad certā pluralitatez
igniū: ita ignes singulares ex se
non determinant ad certū nu-
meruz: vt sint tot vel tot ignes.
plurificabile ergo eiusdez rōnis
si necessario determinet ad cer-
tā pluralitatē: hoc est per aliud
non p posterius natura nec per
illd qd est simul natura sicut di-
ctū est ꝛ deductū ad impossibile:
ergo solūmodo p prius vel prio
ra natura. Nō aūt p aliq̄d prius
eiusdē rōnis: q2 sicut dictum est
prius deducēdo ad impossibile:
illd prius nō est determinās ad
certā pluralitatē illoꝝ que sunt
eiusdē rōnis. igit oportet ꝙ hoc
sit p aliq̄ priora non eiusdē rōnis:
q2 eadē. q. esset de illis: nec etiaz
hoc possent ex quo eēnt eiusdez
rōnis. habet ergo ista propositio
ꝙ illud nō pōt oino determina-
ri ad certā pluralitatē qd n̄ pōt
determinari p aliquā pluralita
tē priorē alteri⁹ rōnis. minor p-
bat: q2 ille productiōes plures
que ponunt eiusdē rōnis nō pre

exigunt nisi p pncipiuz formale
producēdi: ꝛ pncipiū producēs:
in neutro istoꝝ est pluralitas al
teri⁹ rōnis: p quā determinetur
productio ad certā pluralitatez
nec̄io peracta. qd nō est in pnci-
pio formali pducēdi. pz. ex quo
ponunt pductiōes eiusdē rōnis
ꝙ ēt nō i supposito pexigat plu-
ralitas alteri⁹ rōnis: saltē p quā
determinet pductio ad certam
pluralitatē. pz: q2 in tot pductio
nes pōt suppositū ad quot pnci
piū se pt extendere. ¶ Ista ratio
ostēsiua pt breuiter sic cōpilan-
do cōfirmari. ois pluralitas ne-
cessario finita: vel est alteri⁹ rō
nis: vel si nō est alteri⁹ rōnis ne
cessario pexigit aliquā alterius
rōnis: p quā dterminet. ois plu
ralitas in diuinis necessario est
finita. est g talis vel talis: sz non
pt eē pluralitas pductionū eius
dē rōnis tali vel tali mō se hn̄s.
g nulla pt eē pluralitas eiusdē
rōnis in pductiōib⁹: maior isti⁹
rōnis declarata est in argumēto
ad ipoꝛez ēt ostēsiuo. minor pmi 3.phy.
syllogismi satis est manifesta: q2 t.c.32.
possibilitas in diuinis ponit ne
cessitatē. ꝛ p ꝯn̄s possibilis infini
tas vel nō necessaria certa fini-
tas ponit necessariā infinitatez.
ꝛ minor scd̄i syllogismi. hec. s. ꝙ
pductiōes eiusdez rōnis nō pn̄t
hoc mō vel hoc se hr̄e. pz nō cm̄
sunt alterius rōnis ex quo sunt
eiusdē rōnis: nec pexigūt plura-
litatē alteri⁹ rōnis p quā deter-
minētur. hoc declaratū est in ar
gumēto ad impossibile. ¶ Ter
tio declarat cōclusio iuxta intē
tionē phi. 12. meta. vbi arguit ꝙ
nō pn̄t eē plures celi: q2 nō pos t.c.49
sunt esse plura prima mouētia.
hoc pbat: q2 quecūq3 sunt nume

ro multa: vnū aūt specie: habēt mām. primū aūt nō hʒ materiā. est em̄ actus purus. vnū ẞ ꝛ rōne ꝛ numero primū mouēs ꝛ immobile ens. ex hoc infert. vnū ẞ celuʒ. Ex ista intentione phi. vr̄ ꝯfirmari illa prima rō adducta in p̄mo articulo. ꝙ. s. vnitas numeralis necessario cōpetit cuilibet forme imateriali eiusdē rōnis. ¶ Sed ꝯsiderādo intētionē Ari. in diuersis locis diuersimode māʒ accipit. ꝛ ex hoc ꝯfirmari vr̄ nr̄m ꝓpositū. nec tñ illa prima rō habebit robur ex intētione Ari. ¶ Materiā em̄ qn̄qʒ vocat p̄ncipiū receptiuū faciēs cōpositionē cū actu siue cū forma quō dicit materiā ꝛ formaʒ esse duo p̄ncipia. 1. physico. ꝛ multis aliis locis. ¶ Et ꝑ oppositū forma dr̄ illud aliud p̄ncipiū qđ hʒ rōnē act⁹ qđ cū mā cōstituit cōpositū. ¶ Alio mō forma dr̄ q̄ditas ẜm ip̄ʒ in multis locis. ¶ Et ꝑ oppositū materia dr̄ q̄cq̄d hʒ rōnē cōtrahētis vel determinātis ip̄saʒ q̄ditatē. ꝛ hoc mō dr̄ia idiuidualis quecunqʒ sit: ip̄sa dr̄ materia respectu quiditatis specifice. dr̄ ẞ mā q̄nqʒ illud qđ recipit formā informātē: q̄nqʒ illud qđ cōtrahit vel determinat q̄ditatem idtfferētē. Sed tale ꝯhēs vel determinās potest intelligi dupl'r. ¶ Uno mō q̄si intrinsecū iferiori vl' d̄terminato sub tali cōi. ¶ Alio mō q̄si ꝑsuppositū d̄terminato. Exēplū dr̄ia indiuidualis sortis ꝯhit hominē. p̄mo mō qui est intrinseca sorti. sed scđo mō corp⁹ cōtrahit albedinē vel colorē: qꝛ in alio corpore est alia albedo. ꝛ ẜm hoc si non possent esse nisi tria corpora nō possent esse nisi tres albedies ꝯhēs. tñ scđo mō

in hac ꝓpōe aduersarij tume scunt male phʒ intelligētes.
M
t. c. 65 69. ꝛ inde. 3dē., 2 phy. ꝛ 2. de aia ꝛ. 5 ꝛ. 12. met. 7 met. ꝛ 1. celi.
ma 2.

pōt reduci ad materiā p̄io mō vel saltē icludēs quasi materiā. vbicūqʒ ergo est pluralitas eiusdē rōnis ibi necesse est ponere mām: accipiēdo mām nō pro recipiēte: sed pro ꝯhente sic vel sic accipiēdo. qꝛ nullo mō pōt poni naturā que est vnius rōnis plurificari nisi sit aliq̄d ꝯhens hoc mō vel illo. ꝛ ꝑ oppositū vbi nō est hoc mō mā: ipossibilis ē pluralitas eiusdē rōnis: sed nec tal' mā est possibilis respectu ꝓductionum in diuinis: qꝛ nihil tale ꝯhēs vel determinās posset eē nisi determinatū ad certā pluralitatē: ꝛ ꝑ ꝯñs nisi p̄i⁹ hñs pluralitatē alteri⁹ rōnꝭ: ꝛ nulla pluralitas alterius rōnis posset poni p̄uoꝛ ꝓductionibus talib⁹. sic applicata est intētio phi ad conclusionē hic intētā. ¶ Sed inquirendo qual'r ꝛ vbi generat'r ẜm phm hēat veritatē: vr̄ dicenduʒ ꝙ phs diceret ꝙ nec tali mō poni posset in aliquo qđ ē in diuis s. materia scđo mō dcā: imo nec in aliquo imateriali vt̄ dicit. 7. met. c. 9. qđ q̄d erat esse ꝛ vnum qđqʒ est in quibusdā idē vt i primis substātiis. dico autē primā que nō ꝑ aliud in alio est in materia. quecūqʒ vero accepta cum materia nō idē: hec ille. nō vult ibidē dicere ꝙ in mālibus nō ē idē qđ q̄d est ꝛ illud cui⁹ est. Lʒ aliq̄d sic exponāt: sed nō ad intentionē eius sicut patere pōt exponēdo tertiū. c. 7. de quo mō trāseo: sed in nullo materiali. hoc ē quocūqʒ mō plurificabili: ē oio idē qđ q̄d est ꝛ ip̄m: qꝛ ip̄m includit materiā hoc est aliq̄d ꝯhens ip̄sam quiditatē: qđ nō includit in rōne formali q̄ditatis. cōuenimus ẞ cuʒ pho in hoc ꝙ forma

t. c. 41
n

nõ hñs materiã scdo mõ: nõ est plurificabilis. ⁊ hoc sufficit ad ppositũ nrm q.s. pductio eiusdẽ rõnis non sit plurificabilis. sed nõ ppter hoc cõcedit q non hñs materiaʒ, que sit ps realis cõpositi nõ põt plurificari. ⁊ tũc illud phi q primũ non hʒ materiã: qꝛ est act⁹ purus: dʒ intelligi de materia scdo mõ dicta: qꝛ nõ hʒ eã ad cõtrahẽdũ suã quiditateʒ vt sit hec: qꝛ sua qditate est hoc. ¶ Utrũ aũt illud, qd nõ hʒ materiã primo mõ dictã habeat scdo mõ dictaʒ. forte aliter diceret ẽm phm ⁊ aliter sʒ theologos: de quo nihil ad presens: nisi q illa ratio de. 12. met. non hʒ pro per se medio hoc qd est nõ habere materiam primo mõ dictã. sicut intelligũt illi quoꝝ est pria rõ in pmo articulo: sed hʒ pro p se medio hoc qd est nõ hre materiã scdo mõ dictã. ⁊ sic tam maioꝛ q̃ minoꝛ vera est ẽm phos ⁊ theologos. ⁊ per ↄñs: qꝛ natura diuia nõ põt plurificari in diuersis suppositis ẽ ad ppositũ ẽt in vtraq; pmissa vera de pductiõe eiusdẽ rõnis. ⁊ per cõsequẽs cõclusio est vera.

Queꝛ l. 2. di. 3. q. si. prime pti⁹ soluendo 1. pn.

De tertio

articlo obijcit ↄ pdicta. ¶ Et pmo ↄ cõclusionẽ. ¶ Dein de contra pmissas. ¶ Cõtra cõclusionẽ dupl'r. ¶ Primo sic. vbi pncipiũ est eiusdem rõnis ⁊ termin⁹ formalis eiusdẽ rõnis: ibi est pductio eiusdẽ rõnis: sed essentia diuina que est eiusdẽ rõnis: in diuinis est principiũ productiuũ cuiuscũq; pductionis. ⁊ etiã terminus formalis cuiuscũq; pductionis. ergo quelibet pductio est ibi eiusdẽ rõnis cuꝫ quacũq;: maioꝛ videt haberi ex 5. phy. qꝛ non videt pductio distingui nisi vel ex principio formali: vel ex termino. ¶ Probatio minoꝛis. primo quãtũ ad secundã partẽ de termino formali. qd libet pductũ pductione accipit eẽntiã: qꝛ sicut fili⁹ nihil hʒ nisi natũ ẽm hilariũ. hoc est nisi qd nascẽdo accipit. ita spũs sanct⁹ nihil hʒ nisi qd pcedẽdo accipit nõ aũt accipit essentiã nisi sicut terminũ formalẽ. ¶ Cõfirmat illud p Augu. 15. de tri. c. 26. vel 78. sicut filio pstat essentiã de patre generatio: ita spiritui sancto de vtroq; pcessio. nõ põt autẽ illud intelligi de pstãdo siue cõicando: nisi sicut de termino formali pductionis: nec põt intelligi essentia cõicari per pductionẽ: nisi sicut prim⁹ terminus formalis: qꝛ nõ sicut ↄñs alium terminũ formalẽ cuꝫ essentia sit primũ oiuꝫ. ¶ Ex hac pbat alia ps minoꝛis. s. q essentia sit pncipiũ formale respectu vtriusq; pductionis: qꝛ termin⁹ formalis nõ põt aliquo mõ esse poꝛ principio formali pducẽdi. Si ḡ essentia est termin⁹ formalis pductionis vt iã pbatũ est: ⁊ ipsa ẽ primũ ens in diuinis vt iã pbatum est in prima qõne. sequit q ipsa essentia ẽm se est principiuꝫ formale pducẽdi in quacũq; pductione. minoꝛ ẽt probat quãtum ad vtrãq; partẽ p hoc q illud est principiũ formale ⁊ termin⁹ formalis in quo pducẽs assimilat pducto. ⁊ pcipue qñ est pductio vniuoca. nunc aũt prima assimilatio pducentis ad pductũ in diuinis est eẽntia ipsa vt essentia. ḡ ipsa est formal' terminus pductiõis ⁊ formale pncipiũ pducẽdi. ¶ Scdo ↄtra cõ

T. c. 4 ⁊. 18. ⁊ inde.

clusionē sic. hēs ꝑncipiū formale ꝑducēdi: ꝑfectū pōt illo ꝑducere: s; filius h; ꝑncipiū formale dicēdi ꝛ generādi ꝑfecte. ꝛc. ꝓbatio maioris. q: iō est suppositū potēs agere: q: h; ꝑncipiu; agēdi maxie ꝑfectū. ꝓbatio minoris. memoria ꝑfecta ē primu; ꝑncipiū dicēdi siue gn̄andi. filius aūt h; memoriā. sicut p;. 5. ꝺ trini. c. 7. q̄lib; ꝑsona meminit sibi ꝛ ꝑfectā p;. ¶ Tertio ꝯ illā propositionē ꝙ ꝑma distinctio finita est aliquoꝝ alterius rōnis in stat dupl'r. Primo: q: vnitati est imediatior distinctio minor ꝙ̄ maior. distinctio eiusdē rōnis ē minor ꝙ̄ alterius rōnis. ꝯ ꝛc. scd̄o q: a deo pn̄t eē imediate plura creata ꝛ in eadē specie. ergo possibile est ꝙ pluralitas eiusdē rōnis eēt oino pria ꝛ imediata vnitati ꝛ sicut in cā ꝛ causatis pari rōne in ꝑncipio ꝛ ꝑncipiatis.

Ad primū triplex est via rn̄dendi. ¶ Primo ad maiorē: ꝙ l; eēntia eēt ꝑncipiū elicitiuū. tn̄ respectu alteri⁹ ꝛ alteri⁹ ꝓductionis esset aliud ꝑncipiū ꝛ aliud ꝺterminatiuū. puta alius ꝛ ali⁹ respectus. ꝛ tūc maior ē falsa. ꝙ vbi ē principiū elicitiuū eiusdē rōnis. eēt ꝓductio vni⁹ rōnis: nisi cum hoc esset ꝑncipiū determinatiuū eiusdē rōnis. qḋ nō ē in ꝓposito. ¶ Cōtra hoc. si ꝑncipium elicitiuū nō sufficit sine ꝑncipio ꝺterminatiuo hic ꝛ ibi eadē qō est ꝑ q̄d essentia q̄ ē ꝑncipiū elicitiuū indeterminatu; determinat̄ ad hoc vel ad illud determinatiuū. si em̄ ꝑncipiū eiusdē rōnis nō pt eē ꝑ se ꝑncipiū respectu pluriu; alteri⁹ rōnis nō poterit eētia q̄ est ꝑncipiū radicale elicitiuū eē

Vide. in su. art. 57. q. 7. ꝛ q. 3. q. 3.

principiū imediatū respectu plurimū determinatiuoꝝ ꝑncipioru; alteri⁹ rōnis: q: q̄ rōne aliquid eiusdē rōnis est ꝑncipiū aliquorū pluriū diuerse rōnis: eadē rōne ꝛ alioꝝ: vel si illa ꝑcedāt alia erit ꝓcessus in infinitū. vel si ille est ipolis: determiatio ꝑ respectus vt ꝑ ꝑncipia ꝺterminatiua nō sufficit. ¶ Preterea illi respect⁹ sunt ꝓductiones: nūc aūt idē nō determiat se ad se. dicere em̄ eēntiā determinari ad gn̄ationē actiuā ꝑ respectū q̄ nihil aliud ē ꝙ̄ generatio actiua vt diceꝛ post ea: ē dicere ꝙ determineꝛ ad generationē per gn̄ationē: ꝛ ita ꝙ idē ē ꝑncipiū ꝺterminatiuū sui. ¶ Scd̄o mō diceret negādo maiorē. q: ꝛ si sola essentia sit ꝑncipiū ꝓductiuū: ille tn̄ ꝓductiones pn̄t esse alteri⁹ rōnis q: aliqua pluralitas pōt eē ꝑma. ꝛ nulla pōt esse actu infinita nec etiā in potētia infinita in diuinis. nulla aūt pōt eē necessario finita: nisi q̄ est alteri⁹ rōnis vel ꝑexigens aliquā alteri⁹ rōnis. ergo stante prima pluralitate necesse est ꝙ in diuinis sit aliqua pluralitas ꝑma oino ꝛ imediata vnitati: ꝛ ita potest poni ꝙ ista pluralitas sit ꝓductionū sicut quorūcunq;. falsa est ergo ista maior in diuinis. ꝙ vbicūq; est idē principiu; ꝛ idē termin⁹ ibi est ꝓductio eiusdē rōnis. vera est tn̄ in creaturis: vt loquit̄ phs: q: ibi principium formale ꝓductiuū vel est limitatū ad ꝓductionē vni⁹ rōnis: sicut ꝑm est principiū vni⁹ rōnis: vel si est principiū equiuocū ꝛ ita ꝓductiuū pluriū alteri⁹ rōnis: terminꝰ formalis vtriusq; limitat⁹ est: ita ꝙ nō pōt eē idē ꝑncipiu; ꝛ terminus pluriū alterius rō=

Quef ãtiq̃s: herue us ꝛ nominales hanc imitātur.

nis: neutrũ põt eẽ in ,ppoſito: q; ibi ṗncipiũ eſt illimitatũ: ⁊ etiã terminꝰ formalis. ¶ S; ꝯtra ar guit ſicut argutum eſt in .1. q. q; tũc ṗma pſona ,pducta non ma gis ex ,pductione ſua reali eſſ; verbũ ꝙ ſpũs ſanctꝰ: nec ſpiritꝰ ſanctꝰ magis eſſet ſpũs ſctũs ꝙ verbũ. ¶ Itẽ ſuppoſitũ hñs idẽ ṗncipiũ formale pfectũ aliqua rũ ,pductionũ põt ita prio p illõ ṗncipiũ in vnã illaꝝ ſicut l aliã: ⁊ ita ṗma pſona eque ṗmo poſ ſet ,pducere ſpm̃ ſanctu; ſicut ⁊ filiũ. ⁊ ita ſpũs ſanctꝰ nõ neceſſa rio eſt a filio. ¶ Tertio mõ cõce dit minor ꝙ eſſentia ẽ principiũ formale ⁊ terminꝰ formal' vtriuſ ꝙ ,pductionis. non tñ ſic totale: qn aliqd includat p ſe ⁊ in prin cipio formali ⁊ in termio. In ṗn cipio quidẽ formali qð ẽ memo ria pfecta ⁊ volũtas pfecta: inclu dit eſſentia: ⁊ in termino forma lis qð eſt verbũ pfectũ. ⁊ ſpũs ſan ctus pfectꝰ includit ẽt eſſentia. Et forte vtrobiq; tã in ṗncipio ꝙ in termino eſſentia h; rõnem ṗncipalis ⁊ hoc reſpectu illius qð cõcurrit cũ eadẽ. ſ. intell's vel notitie: volũtatis vel amoris. ,p pter ergo idẽtitatẽ eſſentie ide; eſt quo ,pducẽs ,pducit ⁊ termi nus formalis. ,ppter autẽ diſtin ctionẽ cõcurrẽtis cu; eſſentia vt pote intell's ⁊ volũtatis in prin cipio ,pductiuo: ſufficit ṗncipiũ hoc ⁊ illud ad ,pductiones alte rius rõnis ⁊ ad terminos quo dãmõ alterius rõnis. Et ſic l ṗn cipio habemꝰ eſſentiã ⁊ intell'm eſſentiã ⁊ volũtatem. In termi no ãt habemꝰ eſſentiã ⁊ notitiã: eſſentiã ⁊ amorẽ: ⁊ ratione eius qð idem eſt in principio formali cõicatiuo ſit idẽ in termino for

Margin: arti. 3. — Ibidẽ in prin cipio impu gnatõ nis cõ tra hẽ.

mali cõicatu;: ⁊ rõne eius qð di ſtinctũ eſt in principio ſit forma lis rõ productiõis diſtincta: ⁊ il lud qð cõcurrit in termio ſit for maliter diſtictũ. ¶ Si q̃ras illo rũ duorũ ꝯcurrentiũ in ṗncipio formali nõne alterum eſt princi piũ formale ⁊ reliquũ concomi tans. g ab illo altero formali vel dicet̃ principiũ formal'r idem vel oino alterũ. ¶ Rñdeo. duo q̃ cõ currũt in principio. ſ. i memoria perfecta eſſentia ⁊ intellectus ⁊ in volũtate perfecta. voluntas ⁊ obiectu; diligibile preſens nõ ſe hñt per accidẽs: nec ſicut remo tũ principiũ ⁊ ,ppinquũ: ſ; totu; hoc intellectꝰ infinitus hñs obie ctũ infinitũ intelligibile ſibi pñs eſt p ſe vnũ ṗncipiũ: ita ꝙ alterũ ſine altero nõ eſt principiũ ,pdu cendi: ⁊ ideo eſt vnicũ principiũ ſimpl'r productiuũ nõ diſtinctũ in duo principia productiua: cõ ſimiliter de voluntate ⁊ obiecto reſpectu ſpirationis: ⁊ cõſimil'r de terminis reſpectu ,pductio nu;. ¶ Si queras quare nõ põt eſſentia ſola vt diſtinguit̃ cõtra voluntatẽ ⁊ intellectũ eſſe prin cipiũ cõmunicandi ſe? ¶ Rñdeo eſſentia mere intellectualis nõ eſt principiũ alicuius ,pductio nis niſi vt coincidit cũ memoria ⁊ volũtate. ¶ Ad ſcðm. P Et pri mo ad rẽ. P Scðo ad formã ar gumẽti. ¶ Ad rẽ põt dupl'r rñde ri. forma q̃ eſt in aliquo ſup poſi to principiũ producendi produ ctione adequata illi forme: non põt eſſe alicui alteri principium producendi. Nunc aũt memoria eſt patri principiũ ,pducẽdi pro ductiõe adequata illi ṗncipio. g ⁊ ſi ſit in filio nõ põt eſſe filio ṗn cipium ,pducendi. maior proba

Margin: O — P — Dubi um no tabiliſ ſimu;.

tur exẽplo sic: si calor esset igni principiũ calefaciendi lignũ calefactiõe adequata illi calori:et ille idem calor cõicaret ligno: nõ posset eẽ ligno principiũ calefaciendi.probo:qr nec calefaciẽdi se:qr tunc calor eẽt principiũ calefaciẽdi siue pducẽdi calorẽ in eodẽ supposito:nec alterũ: qr calefactio ista ponit adequata illi calori. Et pcedit ista pbatio de adeqnatiõe oĩmoda vbi impoe est actionẽ excedere principium formale agendi.et p3 istũ intellm p3 minor: qr memoria sic in pre h3 dictionẽ in patre adequatam q impoe est principiũ dictiuu3 excedere hanc dictionẽ:sicut impoe est in diuinis dictionẽ eẽ nisi hanc:qr de se est hec pt3 ex so=
a lutiõe questiõis:qr quicqd in diuinis nõ pexigit pluralitatẽ alterius rõis illud de se est hoc dictio in diuinis nõ necessario preexigit pluralitatẽ alteri rõis er go de se est hec:et p 9ñs principiũ eius h3 hanc dictione3 omnino adequatam sibi:nõ põt ergo eẽ
a.l.rñ= principiũ in filio. Ad eandẽ rõ
sionẽ. nẽ probandã accipienda est ista ppositio et redit in eandẽ sniam cũ alia:suppositũ accipiens formã per pductionẽ adequatã illi forme nõ põc per illam formã pducere.filius recipit memoriã per pductionẽ adequatã illi memorie.ergo et c.minor declarat sicut i rõe iã facta.pbatio maior9 qr si fm illã pduceret: aut ergo se:aut alterũ.nõ se:qr hoc ẽ poe fm Aug.i.de.tri.c.i.nec alteru3 qr illa pductio illius ponit adequata principio pductiuo:sic ergo non op3 querere determinati uũ 9currens cum principio elicitiuo vt sit vna dictio:nec etiam aliquã negationẽ põt hre sic vt sit tale principiũ formale:s3 esto q essentia vel quodcunq3 positiuũ mere acceptũ sit in patre formalis rõ dicendi vel generandi tñ nõ põt esse in filio ratio dicẽdi vel generãdi:qr ipm vt in pre est principiũ productiõis adeqte quatũ ad primã rationẽ: et p illã fillo cõicatur quantũ ad secundam rationem. Quantũ ad secundum.valet.ad forma3 argumẽti:potest fieri aliqua difficultas in maiori et minori:qr hri pt aliquid dici multipliciter ex pdicamẽtis.l3 proprie non dicat aliqd formã habere in abstracto nisi habeat eam sicut formã:sic significata nata est hri hoc ẽ tãq formã:non eñ pprie diceretur habere albedinem qui haberet eã clausam in bursa:qr nõ est ille modus pfectus:qr albedo nata est haberi vt forma informãs
Ulterius nomẽ abstractum significãs principiũ agendi 9structũ cum gerũdiuo significãte aliquã actionẽ natũ est hri a supposito vt sit illi principium agendi illa actione.verbi grã.habeo potentiã videndi:ista potẽtia non solũ nata est haberi a me vt forã sed etiã vt principiũ mihi operãdi:fm illã formã.et hoc notat illa 9structio gerundiui cũ abstracto tali.Silr ista grãmatica pt3 ex vsu loquendi. et si eñ vera sit hec filius dei scit gñationẽ pris. non tñ ista:filius h3 sciam generãdi.9similiter nec ista:iste h3 voluntatem generandi:nec est aliqua ratio nisi ex cõstructiõe grãmaticali:qr nõ solum notat abstractum haberi ab illo vt forma s3 vt principium talis operationis procedẽtis ab isto supposito R

consimiliter

cōſimiliter hic. Michael ſcit deū creaſſe mūdū ꝛ creationē mūdi: nō tñ ſcit creare mundū. ¶ Quā do ergo accipitur in maiori: illd qđ hꝫ ṗncipiū dicēdi pfectū pōt ꝑ illud dicere loquēdo de habe re ꝓprie ſicut dr abſtractū habe ri qñ habeť vt forma ſuppoſiti: et etiā de cōſtructione ꝓpria no minis ſignificantis ṗncipiū act⁹ cū gerūdiuo ſignificāte actionē: que cōſtructio notat illā formā huic ſuppoſito eſſe ṗncipiū agē di. Cōcedo maiorē: qꝛ ĩ ſubiecto includuntur illa q̄ reqͥruntur ad hoc ꝙ ṗdicatū inſit. qñ eñ ĩ hoc forma habeť vt forma huic: ꝛ vt huic ṗncipiū agēdi pōt ꝑ hoc eē ṗncipiū agēdi: ſꝫ ſic minor ē fal ſa: qꝛ ꝛ ſi fili⁹ hꝫ memoriā pfectā aliq̄ mō habēdi: nō tñ vt formā: et ſi hꝫ vt formā: nō tñ vt princi piū agēdi: ꝓpter rōnē dictā ĩ re ſpōſiōe reali. ¶ Ad ꝓbationē mi noris. illa ꝓpoſitio. memoria pfe cta eſt ṗncipiū pfectū dicēdi: poſ ſet dici ꝙ eſt ꝓpoſitio trūcata: ꝛ oporteret eā ſupplere per aliqđ datiuū additū ſignificās cui ſit ṗncipiū dicēdi: vel qꝛ eſt indiffe rēs pōt cōcedi ꝙ abſolute ē ṗn cipiū dicendi: nec plus ponit mi nor de memoria: ꝙ filius hꝫ me moriā pfectā ē manifeſtū. cōclu dēdo ergo fili⁹ hꝫ ṗncipiū perfe ctū dicēdi: q̄ fuit minor ṗmi ſyl logiſmi: fit fallacia amphibolo gie vel figure dictionis vel cōſe quētis amphibologie: qꝛ in ma iore conſtructio non determinat actū illū ſignificatū ꝑ gerūdiuū procedere ab aliq̄ ſuppoſito de terminato: qꝛ nullū ſuppoſitum certū ponebať ibi ĩ ſubiecto ora tionis: ſꝫ tm̄ deſignabať ꝙ ꝓce deret ab aliquo ṗncipio forma li: qꝛ illud ponebať in ꝓpoſitiōe ꝓ ſubiecto. in cōcluſione aūt po nitur ꝛ ſuppoſitū determinatū ꝛ forma: ꝛ iđ ex vi cōſtructiōis no tať in cōcluſione ꝙ actus nō tm̄ cōparať ad ṗncipiū formale: ſed etiā ad ſuppoſitum vt egrediēs ab aliquo. Figura dictiōis: qꝛ ꝑ ſimilitudinē dictiōis act⁹ ſignifi cati in gerūdiuo in ṗmiſſa ꝛ ĩ cō cluſiōe cōmutať habitudo act⁹ ad formale ṗncipiū in habitudi nē act⁹ ad ſuppoſitū agēs: et ſic cōmutať quale q̄d in hoc aliq̄d. Fallacia ē etiā cōſequētis: qꝛ in maiori habeť actus ſignificatus in gerūdiuo in vniuerſali ad nul lū ſuppoſitū cōparat⁹: in conclu ſione autē determinať ad certū ſuppoſitū: ꝛ nō ſeq̄tur act⁹ eſt ꝑ hoc ṗncipiū. ergo eſt hmōi ſup poſiti. ¶ Ad tertiū dr ꝙ illa ꝓpo ſitio eſt vera: ꝙ ṗma pluralitas neceſſario finita: eſt alteri⁹ ratio nis: qꝛ q̄libet neceſſario finita ſi nō eſt alteri⁹ rōnis neceſſario ṗ exigit aliquā alteri⁹ rōis: ꝑ quā neceſſario determineť: vt pꝫ in ſcđo articulo. Prima aūt plura litas in diuinis eſt ṗma ꝛ neceſ ſario finita. ꝙ ṗma patet. ꝙ etiā neceſſario finita pꝫ: qꝛ nulla eſt ibi poſſibilitas niſi ad illud qđ ē in actu. ſeq̄tur ergo concluſio ꝙ ṗma pluralitas in diuinis neceſ ſario eſt alteri⁹ rōnis: ꝛ ꝑ ꝯñs il la eſt prima vnitati. ¶ Qñ ergo accipit maiorē ꝙ vnitati imedia tior eſt minor pluralitas ꝙ̄ ma ior. ¶ Rñdeo. pōt intelligi maior vel minor intēſiue vel extēſiue. S
¶ Intelligēdo ſic intēſiue quātū ad minorē rōnē diſtinctionis: ſi cut min⁹ diſtinguit mediū ab ex tremo ꝙ̄ ꝯ̄riū a ꝯ̄rio: min⁹ extēſi ue ſiue minor diſtinctio ſiue nu

nor pluralitas est que est maior paucitas: sicut ternarius est minor pluralitas quaternario. hoc modo maior est vera: q2 vnitati imediatior est binarius ꝙ quaternarius vel ternarius: ⁊ tñ binarius est minor pluralitas intēsiue ꝙ ternarius: q2 intēsiue tāta distinctiōe distinguūtur due vnitates i binario quāta tres i ternario. ¶ Extēsiue verū est: q2 ab vnitate ꝓcedūt pluralitates siue distinctiones ordinate: ita ꝙ semꝑ minor numerus extensiue siue numeraliter est ꝓpinquior vnitati q̄ est principiū. ⁊ sic cōcedo ꝙ ista distinctio esto ꝙ esset alteri⁹ rōnis: est tñ maxime paucitatis: q2 nō sunt nisi due ꝓductiones: ⁊ non est pluralitas minor dualitate. ¶ Si tñ loq̄mur de maiori vel minori distinctiōe vel pluralitate intensiue adhuc pōt intelligi dupl'r. ¶ Quia aut intelligit̄ ꝑ se quātū ad formalē rationē distinctionis extremoꝝ. ¶ Aut ꝑ accidēs quātū. s. ad maiorē ⁊ minorē entitatē ⁊ incōpossibilitatem eoꝝ q̄ distinguūtur. Exēplū. Sortes et plato magis distinguūtur quantū ad realitatē ⁊ incōpossibilitatē extremoꝝ: ꝙ iste due intentiones genus ⁊ species: q2 iste due pñt concurrere in eodē vt in colore: et minor est entitas istoꝝ extremoꝝ gen⁹ et species ꝙ istoꝝ sortis ⁊ platonis. ¶ Si aūt intelligit̄ maior de minori distinctiōe materiał'r forte posset alicubi hr̄e veritatē: q2 alicui vni ṗmo imediatior est distinctio rōnis ꝙ rei: et minor est distinctio rōnis quātū ad entitatē extremoꝝ: ⁊ incōpossibilitatē distinctoꝝ ꝙ distinctio realis. s3 in ꝓposito nō op3 de ista maioritate siue minoritate curare: q2 nō ponit̄ aliq̄ distinctio rōnis imediata vni a q̄ ꝓcedit ois multitudo. s. ipi essentie. ¶ Scḋo aūt mō de ista maioritate intēsiue ⁊ ꝑ se quantū ad formalē rōnē distinctiōis: maior est simpl'r falsa: q2 op3 ꝙ vni ṗmo a quo ꝓcedit aliq̄ distinctio siue sit rei siue rōnis imediatissima sit aliq̄ distinctio alteri⁹ rōnis: q2 aliq̄ finita: ⁊ q2 illa q̄ est alteri⁹ rōnis est ṗmo finita: vt argutū est: ⁊ hoc p3: q2 s̄m cōem opinionem vbi vnitatē realē seq̄tur imediate distinctio rōnis: ibi ista rōne distincta habēt distinctionē alteri⁹ rōnis: nō eiusdē: ⁊ illa ē maior s̄m formalē rōnē distinctionis: l3 sit minor duplici mō: et maioris paucitatis ⁊ minoris realitatis ⁊ incompossibilitatis i extremis. ¶ Per hoc p3 ad illō de pluralitate q̄ est imediate a deo: q2 in creaturis vbi nature specifice sunt plurificate in suppositis nulla ē necessario determiata: q2 a sola volūtate agētis sunt tot vel tot ita ꝙ nō repugnat nature eē in pluribus: si ḡ talia plura eiusdē rōnis sunt imediate a deo: sunt tñ finita in actu: q2 volūtas diuina unponit eis finitatē: sed nō sunt necessario finita: q2 nihil ē itrinsecum creaturis cui ꝯdictorie repugnat maior vel minor pluralitas: q̄cūq̄ aūt pluralitas ē possibilis i diuinis ipa ē oīno finita.

Argumētu3 principale ñ soluit: q2 sat3 p3 ex dictis: q̄d dicēdu3 sit. q̄re 13. dis. ṗ. sol. primū principale. ⁊ dis. 10. ṗ. solonē ei⁹.

Questio. III.

Visō de ꝓductionibus: sequuntur questiones de relationibus. ¶ Et primo de relatiōib⁹ originis. ¶ Se

cundo de relationibus cōibus. ¶De relatōib⁹ originis. ⁋Pri mo queritur in cōparatione ad essentiā. ⁋Scdo in cōparatione ad psonā. ⁋Tertio quātū ad pfectionē siue quātitatē propriā. ¶Est ergo questio prima. Utrū ista duo pñt simul stare: q relatio vt cōparata ad oppositum sit res: et vt cōparata ad essentiam sit ratio tātū. ¶Arguitur q nō: qr si vt cōparata ad essentiā sit ratio tātū: hoc est: qr vt sic trāsit in essentiā: sꝫ vt cōparata ad oppositū manet eadem ratio: qr vt sic est eadē essentie: qr nullo modo potest esse nō eadē pter simplicitatē diuinā. ergo si est rō vt cōparata ad essentiā: necessario est rō vt cōparatur ad oppositū. ¶Ad oppositū arguit sic: vt cōparatur ad essentiā est rō: pbat pter simplicitatē diuinā: vt autē cōparat ad oppositū nō est rō sꝫ res: alr nō ꝯstitueret realiter distinctū. ergo pdicta simul stant.

pōt forma ri argumētuꝫ ad oppositū. q est res ad qdcūqꝫ cōparet.

